JOHANNIS BUXTORFI

LEXICON HEBRAICUM ET CHALDAICUM:

Complectens

OMNES VOCES, TAM PRIMAS quàm Derivatas, quæ in Sacris Bibliis, Hebræâ, & ex parte Chaldæâ linguâ scriptis, extant:

INTERPRETATIONIS FIDE, Exemplorum Biblicorum copiâ, Locorum plurimorum difficilium ex variis Hebræorum Commentariis explicatione, auctum & illustratum.

Accessit Lexicon breve Rabbinico-Philosophicum, communiora vocabula continens, quæ in Commentariis passim occurrunt.

Cum INDICE vocum Latino.

Editio quinta, de novo recognita, & innumeris in locis aucta & emendata.

BASILEÆ,

Sumptibus Hæredum Ludovici König.

M. DC. XLV.

דברי הספר אל עין הקורא

אלי סורו הבחורים קרבו כל הנ־ ערים ערים
נופת תשופ־ נה שפתותי עם אלה הד־ ברים ברים
כי חוסרו כל־המלין שבין כד הם־ פרים פרים
באתי מוגה שבעתים סר יוני מש־ מרים מרים
גסמן עלי מראה מקום ממלין בס־ דרים דרים
הדפוס יפה מכלול יופי לא בין חנ־ זרים זרים
דרכי ישר מכשול הוסר תחזו בו מי־ שרים שרים
פי האלם אפתח אפקח עיני כל ה־ עברים עורים
רבים אחכים אם ישמעו אם אחר נמ־סרים סרים
אתן לקח במעט מקח אל־משמעתי שרים שרים׃

GENEROSISS. ET ILLUSTRIBUS DOMINIS,

D. ADOLPHO,
D. ARNOLDO-JUSTO,
D. GUILHELMO-HENRICO, } Fratribus germanis,

COMITIBUS in Bentheim, Tekleburg, Steinfurt & Limpurg: DOMINIS in Rheda, Weselinghofen, Alpen & Helffenstein: LIBB. BARONIBUS in Lennep: Præfectis hæreditariis Coloniensium, &c.

Dominis suis clementiss. Gratiam & Pacem à DEO precatur

JOHAN. BUXTORFIUS.

INTER infinita DEI clementissimi in Ecclesiam, cujus & Vos, Illustres & Generosiss. DD. Comites, tutores estis, collata dona, Linguarum donum tantum est, ut eo, tanquam medio accommodatissimo, DEI vivi & veri, cæli terræq; Creatoris, ipsiusq; sanctissimi verbi cognitio inter gentes infideles, ab Ecclesia & Republica Israelis remotas, eruperit, propagata &

conservata sit. Primitùs enim DEI *cognitio purior & perfectior vigebat tantùm in populo uno, circumscripta linguâ unâ, nempe Hebræâ in populo Hebræo, quem solum* DEUS *pro suo beneplacito, ex omnibus aliis mundi populis, in peculium sibi elegerat, & fœdus gratiæ, Verbo scripto comprehensum, cum ipso inierat. Cùm verò populus iste, progressu temporis, majori ex parte perfidus & refractarius fieret, statuit* DEUS, *pertinacißimâ populi malitiâ & ingratitudine offensus, fœdus suum tantùm in reliquis fidelibus conservare, & in refractariorum locum exteras gentes assumere, easq́ ad sui agnitionem vocare. Hoc mediatè factum, & equidem consilio* DEI *suspiciendo, ac providentiâ admirabili. Subtraxit Judæis immorigeris animarum pastores Prophetas, sustulit Reges tutores corporum, & conservatores tranquillitatis publicæ. Inde res ipsorum cœperunt magis magisq́ pessum ire, religio concidere, sectæ irrumpere, cultus verus* DEI *labascere & in fictitium converti. Tunc nulla pax domi, horribilis exagitatio foris: rapiebantur, distrahebantur inter vicinas gentes, ac inter eas Aegyptiis & Græcis adeò familiares facti sunt, ut & linguam Græcam singulari* DEI *consilio addidicerint. Interea suscitat* DEUS *animum Ptolomæi, Aegyptiorum regis, quem Philadelphum cognomina-*

minarunt, ut, cùm esset omnium scientiarum & sapientium virorum amantissimus & cupidissimus, ac aliquot centena millia librorum ex toto orbe collegisset; res quoque Hebræorum sibi describi, ac maximè Legem ipsorum pernoscere cuperet. Quid fit? impetrat ab Eleazare summo Judæorum Pontifice septuaginta duos selectissimos viros, qui S. Scripturam ex Hebræa in Græcam linguam ipsi transtulerunt, idq́ circa annum CCLXXX. *ante natum Christum. Rex ingenti gaudio affectus, eos, re benè gestâ, cum muneribus amplissimis Hierosolymam remittit. Hîc demùm prima fundamenta conversionis gentium infidelium ad* DEUM *jaciuntur; hîc cognitionis* DEI *inter gentes sparguntur semina, quæ paulatim in culmum assurgere, & postmodum, irrigante Christo & Apostolis, in segetem uberrimam excrescere debebant: hîc quæ ter mille & aliquot centenos annos à condito mundo gentes latuerant, communi & longè lateq́ tum patente linguâ innotescunt: hîc thesaurum salutis gentes accipiunt ab iis, qui eas abominabiles, & ne terrâ quidem dignas antea judicaverant. Singulare scilicet hoc fuit* DEI *consilium, ut illi ipsi, qui Messiam,* CHRISTUM DOMINUM, *spreturi & rejecturi erant,* CHRISTUM *gentibus amplectendum manifestarent: ut Verbum, quod sibi solis à* DEO *concreditum*

semper gloriati erant, nunc ultrò & fideliter cum gentibus communicarent. Scilicet, ut Eusebius scribit, nè si post Christi adventum id faciendum fuisset, vel ex invidia, quâ erga Christum & Christo fidentes laborarunt, Sacram Scripturam occultassent, vel corruptam dedissent, vel illorum, qui versuri eam fuissent, fides dubia apud posteros semper mansisset. Quàm avidè autem ea acceptata, & latè divulgata fuerit, docent Christi tempora, quibus adeò in Ecclesiis pervulgata erat, ut jam Verbum DEI *planè ab Hebræis ad Græcos transiisse visum fuerit. Hæc itaque Verbi divini inter gentiles, per translationem ex lingua Hebræa in linguam Græcam propagati, exoptata & salutaria fuêre initia.*

CHRISTO *in plenitudine temporis mundo exhibito, ut* DEI *nomen celebre ab oriente in occidentem usque redderetur, rursus beneficio linguarum opus fuit, ut Christus cuique genti & nationi secundùm suam linguam prædicaretur & innotesceret. Quocirca anno* CHRISTI XXXIV. *in festo Pentecostes, Judæis ex omnibus nationibus Hierosolymis congregatis, ac diversis linguis utentibus, Spiritus Sanctus in Apostolos cælitùs mittitur,* & cœperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus ille dabat eis effari, *ut est Actor. 2. v. 4. ita ut singulæ nationes eos suâ*

linguâ

linguâ loquentes, maximo cum stupore audirent & intelligerent. Locuti etiam sunt postea omnium istarum gentium linguis, ad quas egressi sunt, ut Christum prædicarent.

Post Apostolos Verbum DEI *scriptum, Veteris quidem Testamenti, Septuaginta interpretum Versione Græcâ, Novi autem ab Evangelistis & Apostolis itidem Græcâ linguâ comprehensum, in Ecclesiis populi* DEI *permanet, cujus puritas beneficio linguæ Hebraicæ conservata fuit.*

Circa annum Christi CXXIX. *sub Imperatore Aelio Hadriano,* Aquila Ponticus *ex gentili Christianus, ex Christiano Judæus factus, Judæorum linguam, id est, Hebraicam discit, ac de novo Vetus Testamentum ex Hebræo in linguam Græcam transfert. De hoc Hieron. in Epist. ad Pammachium:* Aquila proselytus & contentiosus interpres, non solùm verba, sed etymologias verborum transferre conatus est, &c. *Et Comm. in Jesaiam cap. 4.* De Aquila autem non miror, quòd homo eruditissimus linguæ HEBRAICÆ, & verbum è verbo exprimens, &c.

Anno Christi CLXXX. *sub Imp. Commodo innotuit* Theodotionis Pontici *interpretatio Græca, de qua Epiphanius lib. de Mensuris:* Post hũc circa secundi Commodi regnum, Theodotion quidam Ponticus, ex sectatoribus

Marcionis hæresiarchæ Sinopitæ, infensus & ipse illius hæresi, & ad Judaismum declinans, & circumcisus, & HEBRÆORUM linguam ipsorumque elementa edoctus, privatim etiam ipse interpretationem, & pleraque consonanter cum Septuaginta duobus, edidit.

ANNO Christi CC. *sub Imperatore Severo,* Symmachus, *à Samaritanis ad Judæos in Christum credentes (appellantur Judæi, quòd circumcisionem retinerent) deficiens, novam Sacræ Scripturæ interpretationem Græcam edidit. De hoc Hieron. in cap. 32. Jerem. scribit. quòd* non verbum ex verbo, ut ante ipsum Aquila, sed sententias sententiis, juxta intelligentiæ ordinem, expresserit.

Anno Christi CCXIX. *Imper. Anton. Caracallâ, scribit Epiphanius, inventam esse in urbe Jericho aliam Sacræ Scripturæ ex HEBRÆO in Græcum interpretationem, quæ* Quinta editio *appellata fuit.*

ANNO Christi CCXXX. *denuò nova reperta est Interpretatio, quæ* Sexta editio *dicta. De hac Epiphanius citato libro:* Post hunc regnavit Alexander filius Mameæ annos tredecim: in medio horum temporum inventa est Sexta editio in Nicopoli ad Orientem sita.

Origenes *circa hæc tempora, studio conservandæ*

vandæ Sacræ Scripturæ in Ecclesia adductus, conjunxit primùm quatuor priores Græcas, LXX. Aquilæ, Theodotionis & Symmachi, ita ut columnis oppositis sibi responderent; eaq́; appellata fuêre Biblia Tetrapla. *Postmodùm præmittens illis textum Hebraicum Hebraicis characteribus scriptum, & eundem Græcis literis exaratum, appellavit ea* Hexapla. *Denique cùm inventæ essent Quinta & Sexta editiones, eas quoque prioribus, distinctis columnis, addidit; unde emanarunt* Octopla, *ut Epiphanius dicto loco prolixè explicat.*

Circa Annum Christi CCC. *& paulò ulteriùs*, LXX. *Interpretum Translatio emendata fuit per* Lucianum Martyrem & Hesychium. *De his Hieronymus in præfat. lib. Paral. sic scribit:* Alexandria & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat autorem: Constantinopolis usque Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat: Mediæ inter has provinciæ, Palæstinos Codices legunt, quos ab Origine elaboratos Eusebius & Pamphilus evulgaverunt, totusq́ue orbis hac inter se trifariâ varietate compugnat. *De Luciano martyre scribit Eusebius:* Ipse omnes libros sacros rursus sumpsit, & ex lingua renovavit HEBRAICA, quam ipsam sciebat quoque accuratissimè, in eis

corrigendis plurimùm laboris conferens.

Circa annum Christi CCCC. Hieronymus Stridonensis, *omnium Christianorum primus, cùm ante viginti annos Hierosolymis à Judæis linguam Hebræam discere cœpisset, Biblia Hebræa in linguam Latinam transtulit, & in occidentales Ecclesias Verbum* DEI *propagavit. Translatio ipsius longè latéque ab Ecclesiis accepta fuit. Post Hieronymi tempora studium linguarum sacrarum diu cessasse videtur: unde non tantùm Translatio ipsius graviores depravationes passa est, quàm nunquam antea Biblia Græca (quæ subinde suos cultores & restauratores habuêre) sed & in universa doctrina Ecclesiæ, horrendæ tenebræ obortæ sunt, quæ ad mille ferè annos durarunt.*

ANNO Christi M. CCC. Nicolaus Lyranus *Hebraicè peritissimus, Biblia Latina commentariis quidem illustravit; at de textu Latino cum fonte Hebræo conferendo, parum aut nihil ab eo tentatum est.*

Tandem DEUS, *clementer Ecclesiæ suæ misertus, excitavit circa annum* M. D. *linguarum studiosissimos & peritissimos viros, qui turbatorum lacuum pertæsi, Scripturam sacram ex fontibus Hebræis abluerunt, eamque vero suo nitori restituere, agminatim conati sunt.*

ANNO Christi M. D. XV. *in Hispania prodiit*

diit insigne Opus Biblicum Complutense, *studio* Francisci Ximenii, *Archiepiscopi Toletani.*

Sequenti anno editum est in Italia Psalterium Octoplum, *Hebraicè, Græcè, Arabicè, Chaldaicè, cum tribus versionibus Latinis, & commentario ex Hebræis potissimùm Scriptoribus elaborato, per Aug.* Justinianum Genuensem, *Episcopum Nebiensem.*

Anno Christi M. D. XXVIII. *in Gallia* Santes Pagninus Lucensis, *post Hieronymum primus Biblia Hebræa integra in Latinum fidelissimè convertit.*

Anno M. D. XXXIV. *in Germania* Sebastianus Munsterus, *& paulò post*, Sebastianus Castalio, *similiter magnâ fide & diligentiâ Biblia Hebræa Latinè interpretati sunt.*

Anno M. D. XLIII. *prodiit Versio Latina* Leonis Judæ, *Theologi Tigurini, religione & fide summâ elaborata.*

Anno M. D. LXVIII. *insecuta sunt* Biblia Regia Hispanica, *Hebraica, Chaldaica, & Græca, cum totidem Latinis versionibus, studio incredibili, labore & diligentiâ admirabili, ac laude Regis sempiternâ, per Ariam Montanum adornata.*

Postremò, viri incomparabiles Immanuel Tremellius *&* Franciscus Junius, *suam quoq;*

Versio-

Versionem, perpetuis textûs notis diligentißimè illustratam, Ecclesiæ exhibuerunt. Præter hosce publicos in universam Ecclesiam redundantes labores, privatim etiam singulæ penè nationes, in sua lingua vernacula, Versiones biblicas hoc seculo consecutæ sunt.

Vidimus Verbum DEI, *per beneficium cognitionis linguæ Hebraicæ, inde à tempore* LXX. *Interpretum, à tribus scilicet fermè seculis ante natum Christum, in sua puritate conservatum, aut, cùm longinquitate temporis & librariorum incuriâ depravatum esset, ad suam puritatem, quantum quidem divina gratia humanæ concessit industriæ, ad hæc usque tempora reductum esse. Quanta itaque laude digni sunt etiam illi, qui studium Hebraicum inter Christianos illustrarunt & propagarunt? Inter hos, post Hieronymi tempora, Christianorum primus fuit* Johannes Capnion *Phortzensis, vulgò* Reuchlin *dictus, U. J. D. & Maxim. Imperatoris ac Eberhardi primi Wirtebergensis Ducis consiliarius, & totius Sueviæ Triumvir. Hic Anno Christi 1494. edidit librum de Verbo mirifico, arcanâ Hebræorum sapientiâ refertum: Anno 1506. Grammaticam & Lexicon Hebraicum, & decennio pòst, Libros tres De arte Cabalistica. Hunc attigerunt in Hispania* Petrus Galatinus: *in Italia* Felix Pratensis,

Daniel

Daniel Bombergus, Elias Levita *Judæus Germanus Romæ tunc degens : in Gallia* Santes Pagninus, Guilelmus Postellus, Franciscus Vatablus. *Subsecuti sunt* Johannes Mercerus, Cornelius Bertramus, Anton. Rodolphus Cephalerius: *in Germania* Sebastianus Munsterus, Johannes Forsterus, Paulus Fagius, Johannes Avenarius, *& plurimi alii, qui vel Præceptis vel Lexicis, vel utroque, Hebraicum studium mirum in modum propagarunt. Adeò potens isto seculo fuit* DEI *erga Ecclesiam suam gratia, ad tam densas mille annorum tenebras discutiendas & profligandas.*

Jam verò, ut ad vos, Illustres & Generosiss. D D. Comites, propiùs sermonem dirigam, cùm Divinæ providentiæ placuerit, me ex omnibus minimum ad docendam linguam Hebræam in celeberrima Basileensi Academia vocare, studui pro viribus Spartam nactam exornare, & assiduitate augere. Etsi autem meæ mihi tenuitatis in hisce studiis probè conscius sim, tamen monente Apostolo, Ut quisque accepit donum, ita alius in alium illud subministrantes, boni estote dispensatores variæ Dei gratiæ, 1. Pet. 4. v. 10. *volui quoque qualiacumque dona, mihi ex gratia concessa, ad publicam utilitatem conferre. Adornavi nunc breve hoc* LEXICON HEBRAICUM *&* CHALDAICUM *ad usum Studiosorum*

sorum Theologiæ, qui magnæ molis libros circumferre nequeunt. In ea voces omnes Veteris Testamenti, quatenus illud Hebraicè, & ex parte Chaldaicè conscriptum, fidâ curâ explicantur. Non pauca etiam loca obscura & difficilia illustrantur. In subsidium adhibui Chaldæos & Hebræos interpretes, priscos & recentiores, quotquot mihi illorum copia esse potuit. Ex illorum authoritate quàm sæpissimè lux infertur locis ab interpretibus nostris diversimodè redditis. Huncce meum laborem qualemcunque, Vobis, Generosissimi DD. Comites, inscribere & dedicare volui, tùm, ut esset testimonium publicum memoris & grati mei animi, pro favore summo ac singulari multiplicíq; benevolentia & clementia erga me vestra, quam ante viginti annos primùm in Illustri Schola Nassovia, deinde hîc Basileæ, postremò etiam Argentinæ, magno meo cum gaudio expertus sum. Quæ benevolentia Vestra, ut perpetuam apud me memoriam promerita est, ita eandem quoque in posterum erga me constantem futuram, haud dubius spero. Altera causa, quoniam Divina clementia Vobis dedit, ut sitis in eorum numero, qui Ecclesiæ & Scholarum fidi & liberales d cuntur & sunt nutritii: quâ virtute quæ major in principe & in eminentia constituto Dominatore esse potest? Præclarum profectò

κατόρθωμα

κατόρθωμα per Inclytum Parentem vestrum D. ARNOLDUM bened. mem. Filius DEI præstitit, quòd sublato in sublime VERITATIS VEXILLO Ecclesiam inter tot turbas & immania rerum discrimina reformarit, & Illustrem SCHOLAM STEINFURTANAM, inter tot hostiles incursiones, direptiones, depopulationes prudenter fundarit, liberaliter ornarit, feliciterq; erexerit. Eo non tantùm pietatis in DEUM, & fidei in patriam fidosq; ac charos patriæ accolas, sed & benevolentiæ erga exteros remotiores, testimonium editum est luculentißimum. Vigent enim illic nunc variæ doctrinæ, erudita studia, aluntur in præcipuis Scientiis viri Clarißimi & Doctißimi, fluunt undique Juvenes & Studiosi literarum flagrantißimi. Audivi, vidi, novi, qui non tantùm ex hisce Helvetiæ partibus, sed & ex aliis nationibus inde redeuntes, liberales studiorum fructus illic acquisitos prædicarent. Hanc laudem Pietate fundatam, in longinquum profitebitur subsecutura posteritas. Quare cùm Vos ipsi, Generosiß. Comites, variarum linguarum & rerum cognitione optimè imbuti, ad pietatis & doctrinarum præclara studia conservanda, cùm Paternâ institutione, tùm proprio pietatis zelo, summè propensi sitis, optimam spem concipio, fore ut & hosce meos conatus ad studium Theologiæ, quod in vera intelligentia

telligentia Verbi divini linguâ Hebraâ & Græcâ conscripti, fundamentum habet, promovendum; benignè & clementer approbaturi sitis. Quod cùm de Vobis intellexero, abundè magnum horum studiorum fructum consecutus videbor. Oro autem Filium DEI, *Jesum Christum, ut det Vobis diu videre Terram vestram Pace, Concordiâ, Religione, Disciplinâ florentem, ad* DEI *gloriam & Ecclesiæ bonum. Scripsi Basileæ 17. August. Anno Domini*

M. DC. VII.

JOHANNIS

JOHANNIS BUXTORFI LEXICON HEBRAICUM ET CHALDAICUM:

א

אבב אָבִיב *Nomen masc.* Culmus, Spica mutica, *Exod.* 9.31. Arista virens, *Lev.* 2.14. *Inde mensis* אָבִיב *Exod.* 13.4. *id est*, Martius, *quasi mensis Spicarum, quia hordeum tunc fuit spicatum*, *Exod.* 9.31.

אֵב *m.* Viror, Virens, Fructus recens, *forma* קֵן. Cum Affixo, בְּאִבּוֹ *In virore suo*, *Job.* 8.12. Plurale constructum, בְּאִבֵּי הַנָּחַל *In virentia vallis*, *Cant.* 6.10.

אֵבָּא, אִנְבָּא *m.* Chal. Idem. Aff. וּבַדַּרוּ אִנְבֵּיהּ Et dispergite fructum ejus, Dan. 4.11. וְאִנְבֵּהּ Et recens fructus ejus, Dan. 4.9. *ubi* נ *est loco Dagesch. Radix* אֲבַב Primum vel præcocem fructum producere, *legitur in Targum Hos.* 9.10.

אבד Periit, Interiit: Partic. Benoni, אֹבַד *Periens*, *vel Perdita*, *Deut.* 32.28. *in Pathach, propter constructionem, ut Aben Esra recenset.* Futur. יֹאבֵד *Peribit*, *Proverb.* 19.9. *in Tzere propter pausam.* Chald. Futur. יֵאבַדוּ Peribunt, Jerem. 10. v. 11. Pih. אִבֵּד Perire fecit,

Perdidit: Futurum, וְאַבֶּדְךָ *Et perdidi te, Ezech.*28.16. *pro* וָאֲאַבֶּדְךָ *euphoniæ causâ.* Hiph. Præter. וְהֶאֱבִיד *Et perdet, Num.*24.19. Fut. אֹבִידָה *Perdam, Jerem.*46.8. א *radicali abjecto, & Cholem ex forma Kal, vel certè Chaldaicâ, assumpto.* Chald. Infinit. לְהוֹבָדָה Ad perdendum, Dan.2.12. & in *Aleph*, לְהוֹבָדָא v.24. Futurum, תְּהוֹבֵד Perdes, v.24. יְהוֹבְדוּן Perderent, v.18. in quibus א radicale mutatum in ו, & ה characteristicum ex Hebraismo servatum, loco א. Hophal, Præter. הוּבַד Perditum fuit, Dan.7.11.

אֹבֵד *m.* Perditio, *Num.*24.20. *Psal.*119.176. *Quibusdam manet Particip. Kal. Est formæ* שֹׁרֵק *Vitis generosa.*

אֲבֵדָה *f.* Res perdita, sive amissa, *Levit.*6.*v.*3. Constructum, לְכָל־אֲבֵדַת אָחִיךָ *Omni rei amissæ fratris tui, Deut.*22.*v.*3.

אֲבַדּוֹן *m.* Perditio, Perditionis locus, Interitus, *Jobi* 28.22. *Prov.*15.11.

אֲבַדֹּה *f.* Idem, *Prov.*27.20. *quod legitur* אֲבַדּוֹ.

אָבְדָן *m.* Idem: Constr. בְּאָבְדַן מוֹלַדְתִּי *In perditionem cognationis meæ, Esther* 8.6. *juxta Aben Ezram.*

אַבְדָן *m.* Idem, *Esth.*9.5. *quod juxta R.D. Kimchi possit esse Infinitum Pihel, cum* ן *paragogico, & Dagesch ejecto.*

אבה Voluit, Acquievit: *Construitur sapè cum Dat. & fere addita negatione:* Præt. לֹא אָבָה לִי *Non acquievit mihi, Psalm.*81.12. וְלֹא אָבוּא *Et non voluerunt, Jes.* 28.12. *cum* א *paragog.* Fut. אַל תֹּבֵא *Ne acquiescito, Prov.*1.10. *ubi prima radicalis abjecta, & tertia in* א *mutata est.*

אָב *m.* Pater; *à propensa Voluntate erga liberos, quasi Benevolus dictus:* Item Author, Inventor *primus, Gen.*4. *v.*20. Doctor, 2.*Reg.*2.12. *id est,* רַבִּי *juxta paraphrasten Chaldæum:* Socer, *affinitate pater,* 1.*Sam.*24.12. *Tribuitur*

buitur & Regibus, Principibus, Heris, Dominis, qui officio suis ministris, subditis aut domesticis, Patrum loco sunt, ut 2.Reg.5.13. Denique includit & Avum *&* Proavum: *& pluraliter, quoslibet Majores:* Constr. אֲבִי *& bis* אַב, *Genes.*17.5. Aff. אֶת־אָבִי *Cum patre meo, Genes.*19.34. *cum Kametz ad differentiam formæ constructæ.* Plur. אָבוֹת Patres, Majores; Constr. אֲבוֹת: Affixum, אֲבוֹתַי *Patres, vel Majores mei, Psal.*39.13. Chald. אַב: Aff. אֲבוּךְ Pater tuus, Daniel 5.11. אֲבוּהִי Pater ejus, Dan.5.2. אֲבִי Pater meus, vers. 13. *Plurale,* אֲבָהָתִי Patrum meorum, Dan. 2.23. cum Chirek loco Pathach: אֲבָהָתָךְ Patrum tuorum, Esræ 4.15. אֲבָהָתַנָא Patres nostri, Esræ 5.12.

אֵבֶה *m.* Voluntas, Desiderium: עִם אֳנִיּוֹת אֵבֶה *Cum navibus desiderii, Job.*9.26. *id est, velocibus, in quibus homines citò compotes fiunt Desiderii sui, perveniendo quò volunt & desiderant, ut explicat R. Levi Gerson, & R. David in lib. Rad.*

אֶבְיוֹן *m.* Egenus, *quasi Desiderans dictus: cùm enim sit pauper & bonis destitutus, semper habere Desiderat, scribit R.Sal.Exod.*23.6. *Deut.*15.4. Aff. אֶבְיֹנְךָ *Egeni tui, Exod.* 23.*v.*6. Plur. אֶבְיוֹנִים & Const. וְאֶבְיוֹנֵי *Egeni, Exo.*23.11. Aff. אֶבְיוֹנֶיהָ *Egenos suos, Psal.*132.15.

אֲבִיּוֹנָה *f.* Appetitus, Concupiscentia, *Eccles.*12.7.

אֲבוֹי Heu, Eheu, *Prov.*23.29.

אָבִי Ah, ô, *Optandi & desiderandi affectum significans, Job.*34.36. *Quibusdam, Voluntas mea: Pater mi.*

אבח אִבְחָה *f.* Cuspis, Mucro: Const. אִבְחַת חָרֶב *Mucronem gladii, Ezech.*21.20. *Interpretes Hebræi variant: alius* Terrorem, *alius* Mactationem, *alius* Clamorē *exponit, respiciendo ad Radices* בעת, טבח, נבח, *per literarum commutationem.*

אֶבְרָה *f.* Idem, *Job.39.v.16.* Aff. אֶבְרָתוֹ *Alas suas, Deuteronom.32.v.11.* Plur. cum Aff. אֶבְרוֹתֶיהָ *Pennæ ejus, Psal.68.14.*

הֶאֱבִיר *Hiph.* Volare: Futurum, יַאֲבֶר־נֵץ *Volabit accipiter, Job.39.29.*

אגד אֲגֻדָּה *f.* Fasciculus; *metaphoricè*, Cuneus, Agmen militum: Constr. אֲגֻדַּת אֵזוֹב *Fasciculus hyssopi, Exod.12.22.* Aff. וַאֲגֻדָּתוֹ *Et cuneum suum, id est, hominum & animalium turmas, Amos 9.6.* Plur. אֲגֻדּוֹת Fasces, Sarcinæ, *Jes.58.6.* *Quidam deducunt à* גדד, *ut tradit Aben Esra, Gen.7.11. unde &* גַּד *Turma.*

אגז אֱגוֹז *m.* Nux, *juxta Hebræos interpretes communiter, Cant.6.10.* *Quidam,* Tonsio, Putatio, Collucatio, *quasi à* גָּזַז.

אגל אֶגֶל *m.* Gutta: Plur. constr. אֶגְלֵי טַל *Guttas roris, Job.38.28.* *Ab.Esra vult,* א *esse formativum: R. Levi explicat per* טִיפֵּי.

אגם אֲגַם *m.* Stagnum, *Jesa.35.7.* Plural. אֲגַמִּים *Stagna, Jesa.42.15.* Const. וַאֲגַמֵּי מַיִם *Et stagna aquarum, Jesa.14.23.* Aff. אַגְמֵיהֶם *Stagna eorum, Exod.7.v.19. ex quibus Dagesch euphoniæ causâ ejectum est, qui sunt à forma* אֲגַמִּים *inquit Kimchi. R.Sal. hîc scribit:* אגם *est collectio aquarum non scaturientium neque fluentium, sed stantium in loco uno.*

אגמון *m.* Juncus, *à Stagnis, in quibus crescit, Jesa.58.5.* Cortina, Ahenum *majus, Job.41.11. quomodo &* יָם Mare, *ad vas amplum refertur, ut est suo loco. Aben Esra,* Stagnum, *ex aëris calore fumans.*

אגן אַגָּן *f.* Crater, *Cant.2.7.* Plur. באגנות *In crateribus, Exod.24.6. Jesa.22.24.*

אגף אֲגַפִּים *masc.* Plur. Alæ; *metaphoricè*, Agmina, *quomodo Latinis* Alæ equitum, Alæ legionum

gionum *dicuntur*. Aff. אֲגַפָּיו *Agmina ejus*, *Ezech*.12. *v*.14.

אגר Collegit, Congessit, Comportavit: Præter. אָגְרָה בַקָּצִיר *Comportat in messe*, *Prov*.6.8. Partic. אֹגֵר בַּקַּיִץ *Congregans in æstate*, *Prov*.10.5.

אֲגוֹרָה *Vide in* גרר. *Quidam tamen hinc deducunt, quasi sit formæ* בְּשׂוֹרָה: *Vide R.David. in Michlol.*

אִגֶּרֶת *fœm*. Epistola, Literæ, *sic dictæ, quòd in ea variæ res Comportentur*, *Nehem*.6.5. Chald. אִגְּרָא f. Epistola, Esr.4.v.8. Emphat. אִגַּרְתָּא v.11. & sine א in fine, Esr.5.6. Plur. אִגְּרוֹת *Epistolæ*, *Neh*.2.7. Aff. אִגְּרוֹתֵיהֶם *Literas suas*, *Neh*.6.17.

אֲגַרְטָל *m*. Pelvis, Pollubrum: Plur. Const. אֲגַרְטְלֵי זָהָב *Pelves aureæ*, *Esra* 1.9.

ארב Hiph. הֶאֱדִיב Cruciavit. Infin. וְלַאֲדִיב *Et ad cruciandum*, 1.*Sam*.2.33. *Vide* דָּאַב.

ארם Rubere, Rubrum, Rufum esse: Præt. אָדְמוּ *Rubebant*, *Thren*.4.7. Pyh. Part. מְאָדָּם *Rubricatus*, *Nah*.2.3. Plural. מְאָדָּמִים *Rubricatæ*, *Rubefactæ*, *Exod*.25.*v*.5. Hiph. Futur. אִם יַאְדִּימוּ *Si rubra fuerint*, *Jes*.1.*v*.18. Hithp. Futurum, כִּי יִתְאַדָּם *Cùm rubescit*, *Proverb*.23.31.

אָדֹם *m*. Ruber, Rufus, Rubicundus: Plurale, אֲדֻמִּים *Rubentes*, 2.*Reg*.3.22. Fœm. אֲדֻמָּה *Rufa*, *Num*.19.2.

אֹדֶם *m*. Pyropus, Rubinus, *lapis pretiosus*, *Exod*.28.17. & 39.10. *Ezech*.28.13.

אָדָם *m*. Homo, *quia fuit creatus* עָפָר מִן הָאֲדָמָה *Pulvis ex terra*, *Genes*.2.7. *Interdum Generalitatem utriusque sexus significat: interdum distributivè*, Quisque, *ut Levit*.1.*v*.2.

אֲדָמָה *c*. Terra, *culta propriè*, *Rubri sive argillacei coloris*: Const. אַדְמַת קֹדֶשׁ *Terra sanctitatis*, *Exod*.3.5. Aff. עֹבֵד

אֹדֵמָתוֹ יִשְׂבַּע לָחֶם *Colens terram suam saturabitur pane, Prov.*12.11. Plur. אֲדָמוֹת *Terræ, Psal.*49.12.

אֲדַמְדָּם Subrubidus, *Levit.*13.42. Fœm. אֲדַמְדֶּמֶת *Subrubida, v.*43. Plur. אֲדַמְדָּמוֹת *Subrubidis, Lev.*14.37.

ארן

אֶדֶן *m.* Stylobates, Basis, *Exod.*38.27. Plural. אֲדָנִים, *&* Conſt. אַדְנֵי *Exod.*26.37. Aff. וְאַדְנֵיהֶם *Et stylobatas earum, Exod.*38.10. אֲדָנֶיהָ *Bases ejus, Job.*38. *v.*6. אֲדָנָיו *Bases ejus, Exod.*35.11.

אָדוֹן *m.* Dominus, *de Deo & Hominibus, Jos.*3.11. *Mich.*4.11. Aff. אֲדוֹנִי *Dominus meus, Gen.*23.15. *de Abrahamo.* Plur. אֲדוֹנִים *Domini.* Dicitur de uno &pluribus. *De uno Abrahamo, Gen.*24.9. *Potiphare, Gen.*39.2. *Pharaone, Gen.*40.1. *Josepho, Gen.*42.30. *vide Jud.*3.25. 2.*Sam.*20. *v.*6. *De uno Deo, Psal.*136.3. *Mal.*1.6. Conſt. אֲדוֹנֵי. Aff. אֲדֹנָיו *Domini ejus, pro, Dominus ejus, passim.* Semel de Angelis, *Gen.* 19. 2. *quòd viri esse putarentur. Sic,* אֲדֹנֶיךָ *Domini tui, singulariter, Genes.*24.51. אֲדוֹנַי *Domini mei, cum Pathach de hominibus;* אֲדוֹנָי *cum Kametz, de Deo & Angelis divinis, & habet sensum singularem. De Angelis, quando ut legati Deum & Dominum suum referunt, Genes.*18.*v.*3.27.30.31.32. *Judic.*6.15.22. *Cæterùm* אֲדֹנָי *de Deo sic scriptum & lectum, invenitur centum triginta quatuor locis, quæ Masorethæ annotarunt. Septem ex illis sunt* לַאדֹנָי, *quinquaginta* וַאדֹנָי.

אֱדַיִן Chal. *Tunc:* בֵּאדַיִן In tunc, per Pleonasmum, Dan.2. Oritur ex Heb. אָז *vel* אֱזַי *commutato* ז *in* ד.

אדר

Niph. Particip. נֶאְדָּר Magnificus, *Exod.*15.11. *Cum* ' *paragogico,* נֶאְדָּרִי *Magnificum exhibes te, Exod.* 15. 6. Hiph. הֶאְדִּיר Magnificavit, Magnificum reddidit: Futur. וְיַאְדִּיר *Et magnificum reddidit, Jes.*42.21.

אַדִּיר *m.* Magnificus: Validus. Aff. אַדִּירוֹ *Magnificus ejus,*

*ejus, Jer.*30.21. Plur. אַדִּירִים, Conft. אַדִּירֵי הַצֹּאן *Magnifici pecoru, Jer.*25.34. Aff. אַדִּירֶיךָ *Magnifici tui, Nah.*3.18.

אֶדֶר *m.* Magnificentia, *Zach.*11.13. *Item*, Toga, Pallium *magnificum, Mich.*2.8.

אֲדָר *m.* Adar, *mensis Februario nostro respondens, Esth.*3.7. Chald. לִירַח אֲדָר Mensis Adar, Esræ 6. v. 15. vide 2. Machab. 15.37. *ubi dicitur, esse vocem Syriacam.*

אַדֶּרֶת *f.* Magnificentia: Toga, *Jos.*7.21. Affix. אַדַּרְתּוֹ *Togam magnificam suam, Paludamentum suum, Jon.*3.6. אַדַּרְתָּם *Magnificentia eorum, Zach.*11.3.

אדר אִדְּרָא Chald. *Area*, in Targum sæpè: Plurale, Conftr. מִן אִדְּרֵי קַיִט Ex areis æstatis, Danielis 2. v.35.

אֲדַרְגָּזְרַיָּא Chald. m. p. *Senatores Judices*, Dan.3. v.2. Sunt qui ex אַדִּיר Magnificus, & גְּזַר Decrevit, compositum existimant, quasi *Judices magnificos* dicas.

אַדְרַזְדָּא Chald. *Sedulò, Diligenter*, Esth.7.3.

אֲדַרְכֹּן *m.* Drachma: Plur. אֲדַרְכֹּנִים *Drachmæ*, 1.*Par.*29. *v.*7. & *Esræ* 8. 27.

אהב אָהַב Amavit, Dilexit: Partic. fœm. *cum* ' *paragogico*, אֹהַבְתִּי *Amans, Hos.*10.11. *pro* אֹהֶבֶת. Futur. אֹהַב *Diligam, Proverb.*8.16. *ex forma Chaldaica:* תְּאֵהֲבוּ *Amabitis, Prov.*1.22. *pro* תֶּאֱהָבוּ *ut Aleph audiatur: Quidam tamen ex Pihel esse volunt.* Niph. Partic. Plur. הַנֶּאֱהָבִים *Amantes se, Dilectissimi inter se*, 2.*Sam.*1. *v.*23. Pihel. Particip. מְאַהֲבִים *Amantes Amatores:* מְאַהֲבַי *Amantium me, Zach.*13.6.

אֳהָבִים *m. p.* Amores, *Prov.*5.19. & אֳהָבִים *Prov.*7.18.

אַהֲבָה Amor, Dilectio: Conftr. אַהֲבַת נַפְשׁוֹ *Amore animæ suæ*, 1.*Sam.*20.17. Aff. אַהֲבָתִי *Amor meus, Psal.*109.4.

אהה Ahah, Ah, *Jud.*6.22. *Interjectio dolentis. Aliâs* הָהּ *Ezech.* 30. 2.

אֱהִי Ubi? *Hos.13.10.14. quasi pro* אַיֵּה *positum. Aliis est Futurum,* Ero, *per Apocopam pro* אֶהְיֶה *ab* הָיָה.

אהל אֹהֶל *m.* Tentorium, *Genes.4.20.* Aff. אָהֳלֹה *Tentorium ejus, Gen.13.3. cum* ה *in fine loco Vau:* הָאָהֳלִי *Tentorii mei, Jos.7.21. cum Articulo* ה *& Affixo; vide Thesaurum nostrum Grammaticũ, lib.2.cap.5. in fine:* Plur. אֹהָלִים *&* אֳהָלִים: Conft. אָהֳלֵי. Aff. לְאֹהָלָיו *In tentoria sua, Jud.7.8.* מֵאֹהָלֶיךָ *A tentoriis tuis, Job.22.23. Cholem manente vel mutato.*

אָהַל Tentorium figere, tendere, vel movere. Futur. וַיֶּאֱהַל *Et tentoria movit, Genes.13.12.* Hiph. Futur. יָהֵל *Tentorium figet, Jes.13.20. pro* יַאֲהֵל *abjectâ primâ radicali:* יַאֲהִיל, *Vide in* הלל.

אֲהָלִים *m. p.* Santali, *arbores præstantissimæ, Num.24.6. cujus ligna siccata, aut fructus, odoris grati sunt, ut liquet ex Prov.7.17.* Et Fœm. וַאֲהָלוֹת *Et santali, Cant.4.14. Et sic Psal.45.9. Vulgò* Aloen *reddunt.*

או Aut, Vel, Sive: *Volunt quidam, pro* Et, Si, *quandoq; sumi, sed non necesse est.*

אוב *m.* Pytho, *qui responsa dando diabolicis artibus homines à Deo avocat, Levit.20.27.* Plur. אבות *Pythones, Lev.19.31. Item,* Utres; *unde,* כְּאֹבוֹת *Sicut utres, Job.32.19. Hinc Pythonis significatio juxta Aben Esram, quòd ex tumido ventre, quasi Utre, oracula depromeret. Inde & ἐγγαστρίμυθος dictus fuit.*

אוד עַל אוֹדֹת, אֹדוֹת Propter, Causâ, De; *semper præcedente particulâ* עַל, *pro qua semel legitur* אֶל *2.Sam.13.16.* Aff. עַל־אֹדוֹתַי וְעַל־אוֹדוֹתֶיךָ *Mei causâ, & tui causâ, Jos.14.6.*

אוּד *m.* Titio, Torris: *Amos 4.11.* אוּדִים הָעֲשֵׁנִים *Titiones fumigantes, Jes.7.4.*

אוה Pih. Expetivit, Concupivit, Desideravit: Præt. אִוִּיתִיךָ *Desidero te, Jes.*26.9. Futur. תְּאַוֶּה *Desiderabit, Deuter.* 12. 20. נָאוָה נָאוֹרִי *Vide in* נָאָרִי. Hith. הִתְאַוָּה *Desiderat, Pro.*21.26. וְהִתְאַוִּיתֶם *Vide in* תָּוָה.

אַו *m.* Desiderium, *juxta quosdam, Proverb.*31.4. *vide & in* אַיִן.

אַוָּה Desiderium: Constr. אַוַּת נַפְשְׁךָ *Desiderium animæ tuæ, Deut.*12.15. Aff. בְּאַוָּתִי *In desiderio meo, Hos.*10.10.

תַּאֲוָה *f.* Idem: Constr. תַּאֲוַת לִבּוֹ *Desiderium cordis ejus, Psal.*21.3. Aff. תַּאֲוָתוֹ *Desiderium meum, Psal.*38.10. *Vide aliam ejus significationem in* תָּאָה.

מַאֲוַיִּים *m.p.* Idem: Constr. מַאֲוַיֵּי רָשָׁע *Desideria improbi, Psalm.*140.8.

אוח אֹחִים *m. p.* Aves ferales, Animalia terribilia. *Jes.*13.21. *Variant interpretes.*

אוֹי Eheu, Væ, *Ezech.*16.23. *Et cum* ה *paragogico,* אוֹיָה Hei, Heu, *Psalm.*120.5.

אול אֻלַי אוּלַי Fortassis, Fortasse, Forsitan. *Est benè sperantis potiùs, quàm dubitantis. Inde R. Salomo Gen.*50.15, *vult etiam Optantis esse, idem quod* לוּ Utinam. *Potest etiam ad* אלה *referri.*

אוּל *m.* Robur: Cum Aff. אוּלָם *Robur eorum, Psal.*73.4. *Affine est ipsi* אַיִל.

אוּלָם Profectò, Certè, Veruntamen, *Gen.*28.19. *Confirmandi particula, quasi ab* אַיִל. *Vide & infrà in* אלם.

אֱוִיל Stultus, *Prov.* 12. 15. אֱוִלִי Idem, *Zach.*11.15. Plur. אֱוִלִים *Stulti, Prov.*1.7.

אִוֶּלֶת Stultitia, Res stulta, *Prov.*19.3. Aff. אִוַּלְתִּי *Stultitia mea, Psalm.*38.6.

נוֹאַל Stultè agere, *pro* נֶאֱוַל *Vide in* יאל

און אָוֶן *m.* Iniquitas, Vanitas, Molestia: Idolum, *à Vanitate vel molestia, Jes.*66.3. 1.*Sam.*15.23. Aff. אוֹנְךָ

אוֹנֵךְ *Vanitatis, iniquitatis tuæ*, *Jer*.4.14. אוֹנָם *Iniquitatem ipsorum*, *Psal*.94.23. *Aliter mox.*

און *m.* Robur, Potentia, Vires, Substantia, Opes, *quomodo cum* הון *convenit, ut D.Kimchi scribit*, *Hos*.12.8. *Sic autem dicitur Opes, quòd vel Robore, vel Iniquitate, aut molestiâ & labore parentur, aut quòd homines Robur suum in iis ponant*. Aff. אונו *Substantiam suam*, *Job*.20.10. אונו *Roboris ejus*, *Job*.18.7. אוני *Potentia mea*, *Gen*.49.3. Plur. אונים *Vires*, *Jes*.40.26. *Psal*.78.51. *At Prov*.11.7. *Chaldæus & Aben Esra accipiunt ex significatione* אָוֶן, *pro adjectivo*, Iniqui, *formæ* טובים *Boni*. *Vide &* אנן.

תאנים *m.p.* Molestiæ, *Ezech*.24.12.

און Ursit, Arctavit, Pressit, Festinavit: Præt. אָץ *Festinabat*, *Jos*.10.13. אַצְתִּי *Ursi*, *Jer*.17.16. Hiph. Futur. וַיָּאִיצוּ *Et urgebant*, *Genes*.19.15. תָּאִיצוּ *Urgebitis*, *Jes*.22.4.

אָץ *m.* Præceps, Festinus, Arctus, Angustus, *Jos*.17.15.

אור Lucidum esse, Illuminari, Lucere, Illucere: Præter. הַבֹּקֶר אוֹר *Manè illuxerat*, *Genes*.44.3. Niph. נָאוֹר Lucidum fieri, Illustrari, Illucere. Part. נָאוֹר *Illustris factus es*, *Psal*.76.5. Infin. לֵאוֹר *Ut illustretur*, *Job*.33.30. Futur. וַיֵּאוֹר *Et illuxit*, 2.*Sam*.2.32. Hiph. הֵאִיר Lucere fecit, Lucidum reddidit, Illustravit, Illuminavit, Incendit: *& intransitive*, Luxit, Reluxit: Præterit. וְהֵאִיר *Ut lux vel lucidum sit, aut lucem præbeat*, *Exod*.25.37.

אור *m.* Lux, Lumen: Aff. אורו *Lucem suam*, *Job*.36.30. Plur. אורים *Lumina*, *Psal*.136.7. *Quandoq;* Pluvia, *juxta Hebræos: ut*, יָפִיץ עֲנַן אורו *Spargit nubes pluviam suam*, *Job*. 37.11. *Sic Targum*, מִטְרֵיהּ *Pluviam suam: vide & v*.21. *&* 36.30. *Vide & R.Sal. Psal*.139.11.

אורה *f.* Idem, *Esth*.8.15. Plur. אורת Olera, 2.*Reg*.4.39.

Jesa.

Jesa.26.v.19. sic dicta, quòd suo virore oculos Illustrent, ut Talmudici scribunt in Joma fol.18.

אור *m.* Ignis, *à Lucendo:* Focus, *Jes.50.11.* Plur. בָּאֻרִים *In ignibus, Jes.24.15. Item* Urim, *pectorale sacrum summi sacerdotis, oraculo in rebus dubiis serviens.* וְאֶת־הָאוּרִים *Et Urim, Exod.28.30.* Aff. תֻּמֶּיךָ־וְאוּרֶיךָ *Thummim tui, & Urim tui, Deut.33.8. quæ qualia fuerint, non scimus, scribit Aben Esra, Exod.28.5. Apud Talmudicos legitur,* אוּרִים *dicuntur,* שֶׁמְּאִירִין אֶת דִּבְרֵיהֶן *quia illustrant & explicant verba ipsorum:* תֻּמִּים *autem* שֶׁמַּתְמִימִים אֶת דִּבְרֵיהֶן, *quia perficiunt verba ipsorum: Joma cap.7. in fine. Vide Aben Esram dicto loco, & R.Salom. Exod.28.30. & ibidem Targum Jonathanis. Cessarunt post Templum primum, Sota fol. 48. 2.*

אורות אֹרוֹת, אֹרֹת; *Vide in* אֹרָה.

מָאוֹר *m.* Lumen, Luminare: Constr. לִמְאוֹר פָּנֶיךָ *Lumini vultus tui, Psal.90.8.* Plur. Constr. מְאוֹרֵי אוֹר *Luminaria lucis, Ezech.32.8.* Fœm. Plur. מְאוֹרֹת *Gen.1.16.*

מְאוּרָה *f.* Caverna, Specus: Constr. עַל מְאוּרַת צִפְעוֹנִי *Super specum viperæ, Jes.11.8.*

אות *c.* Signum, *tam nudum, quàm prodigiosum, Gen.4.15.* Plur. הָאֹתוֹת *Signis, Exodi 4.9.* לְאֹתֹת *In signa, Gen.1.14.* Aff. אֹתֹתַי *Signa mea, Numer.14.22.* Chald. אָת: Plur. אָתִין Signa, Dan.6.28. *Emph.* אָתַיָּא Dan.3.31. *Aff.* אָתוֹהִי Signa ejus. *v.32.* אותיות *vide in* אָתָה.

אז Tunc: *Futurum cum hac voce, plerumq; convertitur in Præteritum, ut docet Ab. Esra Exod.15.1.* אֱזַי *Idem, Psal.124.3.* מִן אָז A tunc, Ex tunc, *id est, A quo tempore, Ex quo, Jer.44.18.* מֵאָז *Idem, Gen.39.5. vel* A tunc, *pro,* Ab æterno, *Ante ullum tempus, Psal.93.2. Prov.8.22.*

אזא אֲזָה Chald. *Accendi, Succendi:* Partic. Pehil, אֲזֵה Accensa, Dan. 3. v.22. pro אֲזָה vel אֱזַי. Infin.

Infin. לְמֵזֵא Ad accendendum, v.19. Aff. לְמֵזְיַהּ Ad accendendum eam, ibid.

אזב אֵזוֹב *m.* Hyssopus, *cujus in aspersionibus sacris erat usus, fasciculo ex eo facto, Exod.*12.22. *ubi vide interpretes.*

אזד Chald. *Abiit, Exiit.* Partic. fœm. אָזְדָא Abiit, Dan.2.5.8. Juxta R Saadiam idem est quod אָזַל *per commutationem* ל *&* ד.

אזל Abiit, Digressus est, Profectus fuit. Præter. אָזְלַת *Abiit, Defecit, Deuter.*32.36. *simile vide in* שׁוּב. Futurum, תֵּזְלִי *Digredieris, Jer.*2.36. *quæ sunt ex forma Chald.* Chald. *Præter.* לְבַיְתֵהּ אֲזַל Domum suam abiit, Dan.2.17. אֲזַלוּ Profecti sunt, Esr.4.23. אֲזַלְנָא Profecti sumus, Esræ 5.8. *Imper.* אֵזֵל Abi, v.15. cum Tzere loco Chateph Sægol. Pyh. Partic. מְאוּזָּל *Abire factus, Vagus, Circumforaneus, Ezech.*27.19. *Sic Kimchi. Quibusdam est Nomen proprium. R. Salomon exponit* Netum, *pro* מְעוּזָּל. *Nam* עוּזָּל *Chaldaice* Nere.

אֶזֶל *m.* Itio, Abitio, Iter: 1.*Sam.*20.19.

אזן אֹזֶן *f.* Auris: אָזְנוֹ *Auris ejus, Jesa.*33.15. Duale, אָזְנַיִם *Aures, Jesa.*42.20. Constr. אָזְנֵי, *Jes.*32.3. Aff. אָזְנָיו *Aures ejus, Jes.*11.3. בְּאָזְנֵיכֶם *In auribus vestris, Deut.*5.v.1.

אִזֵּן Pih. Attendit: Præter. וְאִזֵּן *Et attendit, Eccles.*12.9. Hiph. הֶאֱזִין Auribus percepit, Aures præbuit, Advertit: Partic. מֵזִין *Prov.*17.v.4. *pro* מַאֲזִין. *Sic* Futur. אָזִין *Aurem præbui, Job.*32.11. *pro* אַאֲזִין:

מֹאזְנַיִם *m. d.* Lances, Statera, Trutina: Constr. מֹאזְנֵי מִרְמָה *Lances doli, id est, dolosæ, Prov.*11.1.

* אֲזִקִּים *Vide in* זָקַק.

אזר Cinxit, Accinxit: Accinctus fuit: Præterit. אָזְרוּ *Accinguntur,* 1.*Sam.*2.4. Niph. Part. נֶאְזָר

Accin-

Accinctus, *Psal.*65.7. Pih. אִזֵּר, Fut. וַתְּאַזְּרֵנִי *Et accinges me*, 2.*Sam*.22.40. *pro* וַתְּאַזְּרֵנִי *ut pro eo legitur*, *Psal*.18.40. Hithp. Præt. הִתְאַזָּר *Accingit se*, *Psal*.93.1. Imp. התאזרו *Accingimini*, *Jesa*.8.9.

אֵזוֹר *m*. Cingulum, Cinctura, *Jesa*.11.5.

אח *f*. Focus: וְאֶת הָאָח לְפָנָיו מְבֹעָרֶת *Et focus coram ipso ardebat*, *Jer*.36.22. *Item* Ah, Heu, *Ezech*.6.11. & 21.*v*.15. *Dolentis & gemētis*, *quasi ab* אֲנַח *vel pro* אָהּ *gutturalib*. ה & ח *commutatis*: *Vide & mox in* אֶחָד, & *in* אחה.

הֶאָח Euge, *Psal*.35.21. *Vox gestientis & insultantis præ lætitia*, *unde Chaldæus plerunq*, *eam vertit* חֶדְוָא Lætitia, *ut Ezech*.36.2. *Job*.39.28.

אחים *Vide suprà in* אוח.

אחד אֶחָד *m*. Unus, Quidam, Primus: *Per Apocopam* אַח Unum, *juxta R.David*. *Ezech*.18.10. *vel est* Frater, *juxta Targum*, *ab* אָחָה *ex forma Chaldaica*. *Per Aphæresin*, חַד *Ezech*.33.30. Chald. צְלֵם חַד Imago una, Dan.2.31. *Fœm*. בִּשְׁנַת חֲדָה In anno primo, Esr.5. *v*.13. כְּשָׁעָה חֲדָא Quasi hora una, Dan. 4.16. כַּחֲדָה Simul, Unà, Pariter, Dan.2.35. Plur. אֲחָדִים *Uni*, *id est*, Iidem, *Genes*.11.1. Pauci, *Gen*.27.44. & 29.20. לַאֲחָדִים *In una*, *id est*, *unita*, *Ezech*.37.17. Fœm. אַחַת, & *ad accētus pausantes* אֶחָת Una, *contractum ex masc*. *pro* אֲחֶדֶת, *ut docet Aben Esra*, *Exod*.26.7. *Hinc verbum in* Kal *pro* Unire, Adunare se; *unde possit esse* Futur. תֵּחַד, *quòd vide in* יָחַד. Hithp. הִתְאַחֲדִי *Uni te*, *Ezech*.21.16.

אֲחִידָן *Vide in* חוד.

אחה אָח *m*. Frater; Propinquus; Agnatus, Cognatus, & *qui eadē professione*, *gente*, *morib*. *vel amicitiâ frater est*. *Pro* Agnato, *ut Lotho*; *Gen*.14.14. *qui v*.12. *dicitur fuisse filius fratris Abrahami*: *Pro* Gētili, *Lev*.25.46. *Pro* Quolibet proximo, *Lev*. 19.17. & Fratre morib.

Prov.

Prov.18.19. Conſtr. אֲחִי : Aff. אָחִי *Frater meus*, *Gen.*20.5. אָחִיו *Fratrem ejus*, *Geneſ.*4.2. לְאָחִיו *Fratri ſuo*, *Num.*6.7. Plur. אַחִים *Fratres*, *Gen.*13.8. *& ſic Hoſ.*13.15. *ubi tamen Aben Eſra & R.Sal.* Pratum, Ulvam, vel Carectum *exponunt, pro* אָחוּ, *de quo mox.* Conſtr. אֲחֵי 2.*Reg.*10.13. Aff. אֶחָיו *Fratres ejus*, *Jer.*49.*v.*10. לְאַחַי *Fratribus meis*, *Pſal.*22.23. אַחֶיךָ *Fratres tuos*, *Geneſ.*48.22. אַחֵינוּ *Fratrum noſtrorum*, *Geneſ.*31.*v.*32. Chald. אַחָיךְ Fratribus tuis, Eſr.7.18.

אָחוֹת *f.* Soror, *Num.*25.18. Conſt. אֲחוֹת : Aff. וַאֲחוֹתִי *Et ſoror mea*, *Job.*17.14. Plur. אֲחָיוֹת, & Conſt. אַחְיוֹת, *unde* cum Aff. אַחְיוֹתָיו *Sorores ejus*, *Job.*42.11. *Et contractè*, וַאֲחוֹתַיִךְ *Et ſorores tuæ*, *Ezech.*16.55.

אַחֲוָה Fraternitas, *Zach.*11.14.

אָחוּ *m.* Ulva, Carectum, *vel ſimpliciter*, Gramen, *Job.*8.*v.*11. בָּאָחוּ *In ulva, vel, In gramine*, *Gen.*4.12.

אַחֲוָיַת Chald. vide in חָוָה.

אחז Cepit, Prehendit, Apprehendit, Comprehendit, Tenuit, Poſſedit: Hæſit, Cohæſit, *ut* 1.*Reg.*6.6. *Ezech.*41.6. Hærere fecit, adjecit, adjunxit, *ut* 1.*Reg.*6.10. *Conſtruitur cũ Accuſ. & ſæpè cum* ב. Niph. נֶאֱחַז Captus, Detentus fuit, Poſſeſſor conſtitutus vel factus fuit. Præter. וְנֹאחֲזוּ *Et poſſeſſores fient*, *Num.*32.30. *cum* א *quieſcente, ut in Futuro Kal.* Part. נֶאֱחָז *Detentus*, *Gen.*22.13. Plur. שֶׁנֶּאֱחָזִים *Qui capiuntur*, *Eccl.*9.12. Pih. Partic. מְאַחֵז *Continet*, *Job.*26.9. Hoph. Partic. מָאֳחָזִים *Comprehenſi*, *Conjuncti*, 2.*Par.*9.18.

אֲחֻזָּה Poſſeſſio: Conſtr. וַאֲחֻזַּת הָעִיר *Et poſſeſſionem urbis*, *Ezech.*45.*v.*6. Aff. וַאֲחֻזָּתְךָ *Et poſſeſſionem tuam*, *Pſalm.*2.8.

אחל אַחֲלַי Utinam, 2.*Reg.*5.3. *Et in Pathach*, אַחֲלַי, *Pſalm.*119.5. *Sunt qui à* חָלָה *deducant, quod in*

Pihel

Pihel præter alia etiam Precari *significat, quasi Precantis & Optantis vox sit.*

אחם אַחְמְתָא Chald. *Arca, Scrinium*, pro recondendis Scriptis & actis regum & principum, ut Aben Esra & R.Sal. Jarchi putant, Esræ 6.2. Quidam Nomen proprium Urbis esse existimant, *Achmeta, Ecbatana* vulgò, sic dicta, quòd æstivam stationem reges illic haberent, ab Hebræo חָמַם. *In Targum Esther reperi*, אַחְמִיתִין דִנְחָשָׁא *Scrinia ærea, Esth.*1.4. *in Venetis.*

אחר אַחֲרֵי Post, Postea, Postquam: וְאַחֲרֵי־כֵן *Et postea, Genes.*15.14. Cum Aff. אַחֲרָיו *Post eum*, אַחֲרֶיךָ *Post te*, אַחֲרַי *Post me*, אַחֲרֵיכֶם *Post vos*, *&c.* Chald. אַחֲרֵי דְנָה Posthæc, Posthac, Daniel.2.29. אַחֲרֵיהוֹן Post eos, Dan.7.24. אַחֲרֵין Postremò, Tandem, Dan.4.5.

אַחֵר *m.* Alius, Alter, *quasi Posterior.* Plural. אֲחֵרִים *Alii, quod est quasi à singulari* אָחֵר; *Et in Nun more Chaldaico*, אֲחֵרִין *Job.*31.10. Fœm. אַחֶרֶת *Alia, Altera, Gen.*26.21. Plur. אֲחֵרוֹת *Gen.*29.27. Chald. מַלְכוּ אָחֳרִי Regnum aliud, Dan.2.29. in quibus Apocopa literæ ת.

אָחוֹר Retrò, Retrorsum; Posterum, Posterius: Occidens, *Plaga mundi Posterior, respectu Orientis, quæ dicitur* קֶדֶם *Anterior pars*: בְּאָחוֹר *In posteriore parte, Ponè, Prov.*29.11. מֵאָחוֹר *A posteriore parte, A tergo, 2.Sam.*10.9. לְאָחוֹר *Retrorsum, Psal.*114.3. *In posterum, Jes.*42.23. Plur. Constr. עַל אֲחוֹרֵי *Versus posterioritates, sive posteriorem partē, Exod.*26.12. Aff. אֲחֹרֵיהֶם *Posteriora eorū, Ezech.*8.16.

אַחֲרוֹן *m.* Posterior, Posterius, Posterū, Postremum: Plural. אַחֲרוֹנִים *Posteriora, Jes.*9.1. Fœmin. בָּאַחֲרוֹנָה *In postremo, id est, Postea, Deut.*13.9. לְאַחֲרֹנָה *In posterum, Postea, Eccles.*1.11.

אַחֲרַנִּית Retrorsum, *Genes.9.23.*

אָחֳרָן *m.* Chald. Alius, Dan.2.11. & 7.24.

אַחֲרִית *f.* Posteritas, Posterius, Postremum, Extremum, Ultimum, Finis, Consequens: *& metonymicè* Merces, *ut Prov.23.18.* Chald. בְּאַחֲרִית יוֹמַיָּא In extremo dierum, Dan.2.28. Aff. לְאַחֲרִיתוֹ *Posteritati ejus, Dan.11.4.*

אָחַר Moratus est, Tardavit, Distulit, *quasi dicas, Posterioravit.* Fut. וָאֵחַר *Et moratus sum, Gen.32.4. forma Chal. cui simile in* אָזַל. Pihel Præter. אִחַר *Distulit, Gen.34.19.* אֶחֱרוּ *Differunt, Jud.5.28. cùm Sægol ab initio loco Tzere, propter sequens Chateph Sægol.* Hiph. Futur. וַיּוֹחֶר *Et fivit ut tardaret, 2.Sam.20.5. cùm* ו *loco* א *ex Chaldaismo.*

אחש אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים *m. Plural.* Satrapæ, *Esth.3.9.* Construct. לַאֲחַשְׁדַּרְפְּנֵי הַמֶּלֶךְ *Satrapis regis, Esr.8.36.* Chald. אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא Satrapæ, Dan.3.2.

אֲחַשְׁתְּרָנִים *m.p.* Cursores regii, *Esth.8.10. juxta quosdam. R.Salom. Jarchi exponit* Camelos velocissimos: *Aben Esra,* Mulos, *quem pleriq; sequuntur.*

אטד *m.* Kynosbaton (*Sentis-canis, Rubus caninus*) *vel* Rhamnus, *spina summè aculeata, Ps.58.10.* אֶל־הָאָטָד *Ad Rhamnum vel Cynosbaton, Jud.9.14.*

אטט אַט Sensim, Leniter, Lente, *1.Reg.21.27.* לְאַט־לִי *Leniter mihi, 2.Sam.18.5.* לְאַט *Sensim, Jes.8.6.* Aff. לְאִטִּי *Ad lentitudinem meam, Lente, pro commoditate mea, Gen.33.14. Usum habet Nominis.*

אִטִּים *m.p.* Præstigiatores, Divini, *Jesa.19.3.*

אטם Clausit, Occlusit, Obturavit: Partic. אֹטֵם *occludens, Jes.33.15.* Part. Præt. אֲטוּמִים *Clausæ, id est, Angustæ, quasi Clausæ videantur, secundum Chald. paraphrasten, vel Clausæ, scil. vitro, 1.Regum 6.4. Et sic Ezech.40.16.* Hiph. Futur. יַאְטֵם *Obturabit, Psal.58.5.*

אטן אֵטוּן *m.* Funis, Funiculus, Filum: *metonymicè* Linteum, *ex filis contextum*: אֵטוּן מִצְרָיִם *Fune Aegypti, id est, Linteis Aegyptiacis, quæ erant subtilissima, Prov.*7.16. In Targum, אַטוּנֵיהוֹן *Funes eorum*, *Hebraicè* מֵיתְרֵיהֶם, *Exod.*35.18. בְּאַטוּנָא *Fune*, *Heb.* בַּחֶבֶל *Jos.*2.15.

אטר Clausit, Occlusit: Futur. אַל תֶּאְטַר עָלַי *Ne occludat super me, Psal.*69.16.

אִטֵּר *m.* Præclusus: אִטֵּר יַד יְמִינוֹ *Præclusus manu dexterâ suâ, Jud.*3.15. *id est, Impos manu dexterâ. Fuit enim* שְׂמָאלִי Scæva, *ut Kimchi scribit.*

אי *m.* Insula, Regio, Provincia, *Jesa.*20.6. Plur. אִיִּים *Psal.*79.1. *Item* Aves Insulanæ, Ululæ, *Jes.*13.22. הָאִיִּין *Insulæ, Ezech.*26.18. Constr. אִיֵּי *Genes.*10.5. *Vide etiam* אִין & אַיֵּה. *Item* Væ, *Eccles.*4.10. & 10.16.

אֵי *Ubi? vide mox in* אי״ה.

איב Inimicatus est: Præter. וְאָיַבְתִּי אֶת אֹיְבֶיךָ *Et inimicabor inimicos tuos, Exod.*23.22.

אֹיֵב *m.* Inimicus: Aff. אֹיְבוֹ *Inimicus ejus*, 1.*Sam.*24.20. אֹיִבְךָ *Inimici tui, Exod.*23.4. Plural. אֹיְבִים & Constr. אֹיְבֵי *Inimici*: Aff. וְאֹיְבַי *Et inimicos meos, Psal.*18.41.

איבת אֹיֶבֶת *f.* Inimica: Aff. אֹיַבְתִּי *Inimica mea, Mich.*7.8.

איבה אֵיבָה *f.* Inimicitia, *Gen.*3.15. Constr. אֵיבַת עוֹלָם *Inimicitia perpetua, Ezech.*35.5.

איד *m.* Vapor: Interitus, Calamitas, Exitium, *quòd quæ evaporant, Intereant, & in nihilum quasi abeant*: וְאֵיד *Et vapor, Gen.*2.6. *quod juxta Masoram legitur absq;* י. Aff. וְאֵידְכֶם *Et calamitas vestra, Prov.*1.27. אֵידָם *Calamitas ipsorum, Ezech.*35.5.

איה אַיָּה *f.* Pica, *Lev.*11.14. Cornix, *Job.*28.7.

איה Ubi? Aff. אַיֶּכָּה *Ubi tu, scil. es? Gen.*3.9. אַיּוֹ *Ubi ille?* 2.*Reg.*19.13. אַיָּם *Ubi sunt illi? Jes.*19.12.

אי Ubi? *Genes.*4.9. אֵי־זֶה *Ubi ista, scil. sit*, 1.*Sam.*9.18. Quanam? 1.*Reg.*22.24. Ubinam, Quænam, *Jer.*6.16. Qualenam, Quodnam, *Eccles.*2.3. *Et absq; Makkaph*, אֵי זֶה Quidnam; *Eccles.* 11. 6. אֵי מִזֶּה תָּבוֹא *Ubi ex quo venis?* 2.*Sam.* 1. 3. *hoc est*, Undenam? אֵי מִזֶּה אַתָּה *Undenam es?* v.13. *Jungitur etiam cum* פה, *vide illic.*

איך Quomodo? *Gen.*39.9. אֵיכָה Idem; *Deut.*1.12. Ubinam? *Cant.*1.7. *Et cum Cholem*, אֵיכֹה *Ubinam*, 2.*Reg.*6.13. *quasi pro* אֵיפֹה *de quo in* פה. *Et geminato Caph*, אֵיכָכָה *Quomodo? Esth.*8.6. *Duo sunt penacuta*, אֵיכָכָה *Cant.*5.3.

איל אֱיָל *m.* Fortitudo, Virtus; כְּגֶבֶר אֵין אֱיָל *Sicut vir sine virtute aut viribus*, *Psal.*88.5.

אילות *f.* Idem: Aff. אֱיָלוּתִי *Virtus mea*, *Psal.*22.20.

אַיִל *m.* Aries, *Num.*28.27. *Item* Superliminare, Limen, 1.*Reg.*6.31. *Ezech.*40.14. Constr. מִלְּבַד אֵיל *Præter arietem*; *Numer.*5.8. *Et absq; Joth*, אֵל אֵלָם *Limen vestibuli*, *Ezech.*40.48. Plur. אֵילִים *Arietes*, *Mich.*6.7. לָאֵילִים *Liminibus*, *Ezech.*40.10. אֶת־אֵילִים *Superliminaria*, *Ezech.* 40.14. Constr. אֵילֵי *Arietes*, *Gen.*31.39. אֵלֵיהֶמָּה *Superliminaribus eorum*; *cum* ה *paragogico*, *pro* אֵלֵיהֶם *Ezech.* 40.16. אֵילָו *Limina ejus*, v.24. *vide & mox in* אֵל.

אֵיל *m.* Planicies; אֵיל פָּארָן *Planicies Paran*, *Gen.*14.6.

אֵלוֹן *m.* Idem: עַד אֵלוֹן מוֹרֶה *Usq; ad planiciem More*, *Gen.*12.6. Plural. constr. בְּאֵלוֹנֵי מַמְרֵא *In campestribus planis Mamre*, *Genes.*14.13. *Quidam* Quercetum *explicant*, *quasi idem cum* אֵלָה, *de quo in* אלה.

אַיָּל *m.* Cervus; *quasi Aries ferus vel sylvestris*, *juxta quosdam*, *Deut.*15.22. Plur. אַיָּלִים *Cervi*, *Cant.*2.9. Fœminine *legitur Psal.*42.2. *cujus diversas causas Hebr. reddunt.*

אַיָּלָה *f.* Cerva, *Genes.*49.21. *vel* אַיֶּלֶת *Prov.*5.19. עַל אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר *Ad cervam auroræ*, *Psal.*22.1. *quod alii Initium alicujus*

cujus Cantici, alii Instrumentū musicum fuisse existimant: *R.Menachem, citante R.Sal. explicat* מָעוֹז *Robur. Et sic Aben Esra,* כֹּחַ עֲלוֹת הַשַּׁחַר *Robur ascensus auroræ.* Plur. כָּאַיָּלוֹת *Quasi cervarū, Psal.18.34.* Constr. בְּאַיְלוֹת הַשָּׂדֶה *Per cervas agri, Cant.2.7.*

אל *m.* Fortis: בְּיַד אֵל גּוֹיִם *In manus fortissimi gentium, Ezech.31.11. Item substantivè* Potestas, Facultas, *quando post se habet Nomen* יָד*: unde,* לְאֵל יָדְךָ *In facultate manus tuæ, Prov.3.27. Non est sine* ל *in hoc usu. Item* Deus, *à Fortitudine & infinita potestate sic dictus, unde à quibusdam,* Deus fortis, *semper transfertur. Quidam tamen volunt esse decurtatum ab* אֱלֹהַּ *sicut à* יְהוָה *venit* יָהּ. Aff. אֵלִי *Deus mi, Psal.22.2. & 68.25. Jes.44.17. nec cum aliis Aff. reperitur.* Plural. אֵל אֵלִים *Deus Deorum, Dan.11.36.* בְּנֵי אֵלִים *Filii fortium, Psal.29.1. Defectivè,* בָּאֵלִם *Inter fortissimos, Exod.15.11.* Constr. אֵילֵי הָאָרֶץ *Fortes terræ, Ezech.17.13. cum* ' *in medio: Et absq; eo,* אֵלֵי גִבּוֹרִים *Fortes potentum, Ezech.32.21. id est, Duces potentissimi. Vide etiam infrà in* אלה.

אים *Unde* אָיֹם *m.* Formidabilis, Terribilis, Terrificus, *Hab.1.7.* Fœmin. אֲיֻמָּה *Terrifica, Cant.6.3.*

אֵימְתָן Chald. *m. Terribilis*, Jesa. 28. 6. Plural. אֵימְתָנִין Habac.1.7. in Targum: Fœminin. אֵמְתָנִי Terrifica, Dan.7.7. per Apocopam, pro אֵמְתָּנִית, & Sægol est loco Tzere.

אֵימָה *f.* Terror, Formido: *Et cum duplicata litera fœminini generis,* אֵימָתָה *Formido maxima, Exod.15.16.* Constr. אֵימַת מֶלֶךְ *Formido regis, Prov.20.2.* Aff. וְאֵימָתוֹ *Et terror ejus, Job.9.34.* Plur. אֵימוֹת *Terrores, Psal.55.5. Et formâ masc.* אֵימִים *Job.20.25. Item* Idola, *Jer.50.38. quasi* Terricula *dicas, quòd Terrorem potiùs, quàm Tranquillitatem, animis cultorum suorum afferant, ut Kimchi*

scribit hoc loco : Aff. אֵימֶיךָ *Terrores tuos, Psal.*88.16. אֵמִים Emæi, Gigantes, *quasi Terrifici & formidabiles dicti, Deut,*2.11. *R.Salomon hîc scribit,* אֵמִים *dicuntur,* עַל שֵׁם שֶׁאֵימָתָם מוּטָל עַל הַבְּרִיּוֹת : *propterea quòd Terror ipsorum projectus est super creaturas, id est, homines alios,* Chald. אֵימְתָנִין *Terribiles.*

דוש Trituravit: Præter. וְדָשׁ חִטִּים *Et triturabat triticum, 1.Par.21.20.* Infin. אָדוֹשׁ דּוּשׁוֹ *Triturando triturabit eum, Jesa.28.28. cum prosthesi literæ* א. Chald. Futurum cum Aff. תְּדוּשִׁנַּהּ Et triturabit,

conteret eam, Dan.7.23. Niph. Præter. וְנָדוֹשׁ *Et triturabitur*, *Jesa*.25.10. Infin. cum Schurek, כְּהִדּוּשׁ *Sicut trituratur*, *Jesa*.25.10. Hoph. Futur. יוּדַשׁ *Triturabitur*, *Jesa*.28.27.

דַּיִשׁ *m*. Tritura, *Levit*.26.5.

דִּישׁ *m*. Trituratio: Aff. בְּדִישׁוֹ *In trituratione ejus, dum triturat*, *Deut*.25.4.

מְדֻשָׁה *f*. Idem: Aff. מְדֻשָׁתִי *Tritura mea*, *Jesa*.25.10.

דִּישֹׁן *m*. Pygargus, *Caprea quadam sylvestris, damis non absimilis, ut quidam volunt*, *Deut*.14.5.

דחה Depulit, Impulit: Præter. cum Infin. דָּחֹה דְחִיתַנִי *Impellendo impulisti me*, *Psalm*.118.13. Niph. Particip. Plural. Constr. נִדְחֵי יִשְׂרָאֵל *Depulsos Israël*, *Jesa*.11.12. *Quidam à* נָדַח *deducunt, quasi nomen participiale à sing.* נִדָּח. Futur. יִדָּחֶה *Impellit se, Impellitur*, *Proverb*.14.32. יִדַּחוּ *Impellantur*, *Jerem*.23.12. *cum Pathach, & penacutum, præter normam*. Pyh. Præt. דֹּחוּ *Impelluntur*, *Psal*.36.13.

דֶּחִי *masc*. Impulsio ad lapsum, Lapsus: מִדֶּחִי *A lapsu*, *Psal*.56.14.

מִדְחֶה *m*. Impulsio, *Prov*.26.28.

דַּחֲוָן Chald. *Cantiones*; *Instrumenta musica*, Dan.6.18. sic dicta, quòd tristitiam Depellant, ut Aben Esræ placet aut *Musici*, quasi Exhilarantes dicti, per transpositiōnē literarum à חָדָה, quasi חֶדְוָן juxta R. Saadiam. Kimchi *Mensam* exponit ex usu Rabinorum; unde דַּחֲוָנָה *Mensa*.

דחל Chald. *Timuit*: Partic. præsens Plur. דָּחֲלִין Timentes, Dan.5.19. Pih. דַּחֵל *Terruit*. Futur. וִידַחֲלִנַּנִי Et exterruit me, Dan.4.2. Particip. sive Nomen, דְּחִיל *m*. *Terribilis*, Dan.2.v.31. Fœmin. דְּחִילָה Timenda, Dan.7.7.

דֹחַן *m.* Milium: וְעֲדָשִׁים וְדֹחַן *Et lentes & milium,* *Ezech.*4.9.

דחף Impulit: Particip. Præter. דְּחוּפִים *Impulsi, id est, Festinantes, Esth.*3.15. & 8.14. Niph. Præt. נִדְחַף אֶל־בֵּיתוֹ *Impulit se, Proripuit se domum suam, Esth.*6.v.12. נִדְחַף לָצֵאת *Impellebatur ad exeundum, 2.Paral.*26.20.

מַדְחֵפוֹת *f.p.* Impulsiones, *Psal.*140.12.

דחק Arctavit, Pressit: Particip. præsens cum Aff. וְדֹחֲקֵיהֶם *Et prementes eos, Oppressores eorum, Jud.*2.18. Futur. יִדְחָקוּן *Prement, Joel.*2.8.

דִּי Chald. *Qui, quæ, quod*; utriusque generis & numeri, ut Hebræum אֲשֶׁר cui respondet: Item, *Quòd, Ut,* Conjunctionaliter: דִּי הֵן Quia, Quòd si, Daniel.2.v.9. *Indicat* & *Genitivum casum*; דִּי דְהַב Auri, ver. 32. דִּי לֵיהּ Ejus, vers. 20. עַד דִּי Usque dum, Daniel.2.v.9. דִּי לָא Ut non, vers.18. עַל דִּי Suprà, Magis quàm, Dan.3.19. Compositum; כְּדִי Quum, Dan.3.7. הָא־כְדִי Perinde ac, Dan.2.43. וּכְדִי Et quum, Dan.5.20.

דַּי *masc.* Sufficientia, Sufficiens, Satis; עַד־בְּלִי־דָי *Usq; ad non sufficientiam, id est, Abundantissimè, absq; omni mensura, ut dedisse nunquam satis sit, Mal.*3.10. וּכְדַי בִּזָּיוֹן *Et quantum satis est contemptus, Esth.*1.v.18. לְמִדַּי *Ad sufficientiam, 2.Paral.*30.3. *pro* לְמִן דַּי *per Pleonasmum Particularum* מִן & לְ: *Vide non dissimilem in* רֹאשׁ *in voce* רִאשׁוֹן: Aff. דַּיֶּךָּ *Quod satis est tibi, Prov.*25.v.16. Constr. דֵּי שֶׂה *Sufficientiam pecudis, Quantum satis est pro pecude, Levit.*5.7. דֵּי הָשִׁיב לוֹ *Sufficientiam restituere ipsi, id est, quantum satis erit ad restituendum ipsi, Levit.*25.28. דֵּי מַחְסֹרוֹ *Sufficientiam defectus illius, id est, quantum satis est indigentiæ ejus, Deuter.*15.8. כְּדֵי גְאֻלָּתוֹ

Secundum

Secundum sufficientiam redemptionis suæ, Levit.25.v.26. *Videtur potiùs esse plurale constructum ex integro* דַּיִּם, *ut* חַיִּים *constructè* חַיֵּי. Est etiam דֵּי syllabica adjectio; unde, בְּדֵי רִיק *In vanum, Pro vanitate vel inanitate*, *Jer.*51.58. בְּדֵי אֵשׁ *Pro igne, Ibidem*: בְּדֵי שׁוֹפָר *Propter tubam*, *Job.*39.28. כְּדֵי *Sicut*, *Jud.*6.5. מִדֵּי חֹדֶשׁ *De mense*, *Jesa.*66.23. מִדֵּי בָא *Inde, à quo, vel, ex quo venit*, 1.*Reg.*14. *v.*28. כִּי־מִדֵּי אֲדַבֵּר *Nam ex quo loquor*, *Jer.*20.8.

שַׁדַּי Omnipotens: אֲנִי־אֵל שַׁדַּי *Ego sum Deus omnipotens*, *Genes.*17.*v.*1. *Propriè, Qui sufficiens, qui in se & à se sufficientiam & abundantiam omnimodam habet, ita ut nullius ope egeat, sed in se sufficiens sit ad opem conferendum omnibus, ad protegendum, ad promissa servanda, & explendos defectus omnium. Est unum ex Nominibus Dei, compositum, juxta R.Salomonem & alios Hebræos, ex Pronomine inseparabili* שׁ, *cum Pathach hoc loco notato, & nomine superiori* דַּי. *Hinc apud Talmudicos legitur:* מַאי דִּכְתִיב אֲנִי אֵל שַׁדַּי אֲנִי הוּא שֶׁאָמַרְתִּי לָעוֹלָם דַּי: *id est*, Quid est, quod scriptum legitur: *Ego sum Deus Schaddai?* Ego sum qui dixi: In æternum sufficiens sum: *Chagiga fol.*12.1. *Hoc sensu LXX. sæpè reddiderunt* ἱκανός: *nunquam autem per* αὐτάρκης, *etsi optimè id ipsi respondeat, & à Patribus sic redditum sit. Ezech.*10.3, *retinuerunt Hebræum* σαδδαΐ. *Vide Aben Esram Genes.*17.1. *& Exod.*6.3. *Vide &* שָׁדַד.

דַּיָּה *f.* Milvus, *Deuter.*14.13. Plural. דַּיּוֹת *Milvi*, *Jes.*34.15. *R.Sal.* Vultures.

דְּיוֹ *m.* Atramentum: עַל־הַסֵּפֶר בַּדְּיוֹ *In libro cum atramento*, *Jer.*36.18.

דָּיֵק *m.* Munitio, Propugnaculum, Antemurale, 2.*Reg.*25.1. *Ezech.*4.2.

דך Chald. *Hic, Is, Iste*: בֵּית אֱלָהָא דֵךְ Domum Dei hanc, Esræ 5.17. *Fœmin.* דָּךְ *Ista, Hac*: קִרְיְתָא דָךְ Urbs ista, Esr.4.13.

דכן Chald. *Hic, Iste, Hac, Ista*, gen.com. צַלְמָא דִּכֵּן Imago ista, Dan.2.31. quod masc. קַרְנָא דִּכֵּן Cornu istud, Dan.7.21. quod fœmininum.

דכא Pih. Attrivit, Contrivit: Præter. דִּכָּא לָאָרֶץ *Atterit in terram, id est, Attritam dejicit*, Psal. 143.3. *Desinit in Kametz, ad formam Quiescentium tertiâ* ה: דִּכֵּאתָ *Contrivisti*, Psal.89.11. *similiter ad formam eandem*. Fut. cum Aff. וּתְדַכְּאוּנַנִי *Et attereti me*, Job.19.2. *quod etiam est ex sequenti Radice*, א *omninò redundante*. Pyh. Præter. דֻּכְּאוּ *Attriti fuerunt*, Jer.44.10. Partic. מְדֻכָּא *Attritus*, Jesa.53.5. Hithp. Futur. cum Syncopa, יִדַּכְּאוּ *Et conterentur*, Job.5.4. *pro* יִתְדַּכְּאוּ.

דַּכָּא *m.* Contritus, *Jesa*.57.15. עַד־דַּכָּא *Usq; dum sit contritus*, *Psal*.90.3. פְּצוּעַ דַּכָּא *Vulneratus* (&) *contritus*, *Deuter*.23.1. *scil.* בַּיצִים *Testiculis, ut Rabbini exponunt, vel Virilitate, ut in textu sequitur*: Plur. Constr. דַּכְּאֵי־רוּחַ *Contritos spiritu*, *Psal*.34.19.

דכה Attrivit se: Futur. יִדְכֶּה *Atterit se*, *Ps*.10.10. Niph. Præt. וְנִדְכֵּיתִי *Et attritus fui*, *Psal*.38.9. Partic. וְנִדְכֶּה *Et contritum*, *Psal*.51.19. Pih. Præt. דִּכִּיתָ *Contrivisti*, *Ps*.51.10. דִּכִּיתָנוּ *Contrivisti nos*, *Psal*.44.20.

דֳּכִי *m.* Contritio; *cum Chatephkametz loco Sheva*: *Unde* cum Aff. דָּכְיָם *Contritionem suam, vel, Fragorem suum*, *Psalm*.93.3. *Hebræi*, Fluctus suos, *qui sic dicuntur, quòd sese mutuo Conterunt*.

דכך דַּךְ Attritus, Pauper, *Psal*.74.21. Plural. cum Aff. דַּכָּיו *Attritos suos*, *Prov*.26.28. *Verbum geminatâ primâ radicali*, דִּכְדֵּךְ Conterere, Contundere, *apud Rabbinos*.

דְּכַר Chald. *Recordari, Meminisse*, pro Hebræo זְכַר, literis ז & ד commutatis.

דְּכַר m. *Aries*: Plural. דִּכְרִין Arietes, Esr.4.15.

דָּכְרוֹנָה f. *Memoriale*, Esr.6.2.

דָּכְרָנַיָּא m.p. *Res memorabiles*, Esr.4.15.

דָּלַג Subsiliit, Insiliit: Particip. הַדּוֹלֵג *Qui insiliit*, *Soph.*1.9. Pih. Partic. מְדַלֵּג *Saliens*, *Cantic.*2.8. Futur. אֲדַלֶּג־שׁוּר *Transiliam murum*, *Psalm.*18.30. יְדַלֵּג *Saliet*, *Jesa.*35.6.

דָּלָה Evexit, Extulit, Hausit. Præt. דָּלֹה דָלָה לָנוּ *Hauriendo hausit nobis*, *Exod.*2.19. Pih. Præt. דִּלִּיתָנִי *Evexisti me*, *Psal.*30.2. Imperat. דַּלְיוּ *Tollite, Extrahite*, *Proverb.*26.v.7. *cum* י *loco tertiæ radicalis* ה, *& Dages excidit.*

דַּל *m.* Elatio; Elatum: עַל־דַּל שְׂפָתָי *Super elatum labiorum meorum*, *Psal.*141.3. *id est*, *Labium superius*; *juxta R.Salom. vide* דֶּלֶת.

דְּלִי *m.* Situla, *Jesa.*46.15. Plurale, *vel*, Duale, *cum Affixo*, מִדָּלְיָו *E situlis suis*, *Num.*24.7. *quasi ex integra forma* דָּלְיַיִם *à* דְּלִי, *& inde* דָּלְיָו *transpositis duobus punctis, vel à* דָּלְיַיִם *instar* אָזְנַיִם. *Dualis verò forma esse potest, quòd duæ situlæ plerunq; ad hauriendam aquam adhibentur.*

דָּלִיּוֹת *f.p.* Propagines, Palmites, *quia sursum se Elevant*, *vel quòd succum è stirpe Extrahunt & Hauriunt*: Aff. דָּלִיּוֹתָיו *Propagines ejus*, *Jer.*11.16. *Singulare fit* דָּלִית.

דָּלַח Turbavit, Conturbavit; *& de Aquis tantùm dicitur*: Futur. וַתִּדְלַח מַיִם *Et conturbasti aquas*, *Ezech.*32.2. וְלֹא תִדְלָחֵם *Neq; conturbet eas*, *v.*13.

דָּלַל Exhauriri, Attenuari, *quod Chaldæus interdum* Depauperari *explicat*: *Item* Elevari, *ut aquæ hauriendo*; *quomodo cum* דָּלָה *convenit*: Præter. דָּלְלוּ *Exhauriuntur, attenuantur*, *Jes.*19.6. דַּלּוּ *Elevantur*,

vel Exhauriuntur spectando in sublime, Jesa.38.14. Niph. Futur. יִדַּל *Attenuabitur, Jesa.17.4.*

דַּל *m.* Tenuis, Attenuatus, Exhaustus; *viribus scil. & facultatibus:* דַּל הוּא *Tenuis est, Levit.14.21.* כָּכָה דַּל *Adeò attenuatus, 2.Sam.13.4.* עַל־דַּל *vide in* דָּלָה: Plur. דַּלִּים *Tenues, Jesa.11.4.* וְדַלִּים *Et attenuati, scil. fiebant, 2.Sam.3.1.*

דַּלָּה *f.* Peniculamentum, Peniculi; *quos textores in extremâ telâ relinquunt; quasi Tenue seu rarum filum dicas;* מִדַּלָּה *A peniculis vel peniculamento, Jesa.38.12. Ab.Esra, Propter tenuitatem, id est, infirmitatem:* Constr. וּמִדַּלַּת הָאָרֶץ *Et ex tenuitate terræ, id est, tenui populo terræ, Jerem.40.v.7. Et secundùm aliam significationem,* Vitta: וְדַלַּת רֹאשֵׁךְ *Et vita capitis tui, juxta quosdam, Cant.7.5. vel,* Cincinni *capitis tui, aut,* Implexum sive Capilli implexi *capitis tui, ut R.Sol. explicat:* Plural. וּמִדַּלּוֹת *Et ex attenuatis, sive tenui populo, Jer.52.16.*

דָּלַף Stillavit; Perstillavit: Præter. דָּלְפָה *Stillat, Job.16.20.* Futur. יִדְלֹף *Perstillat, Eccles.10.18.*

דֶּלֶף *m.* Stilla, *Prov.27.15.*

דָּלַק Arsit; Accensus fuit, Persecutus, Insectatus est; *& tunc regit Accusativũ, vel simpliciter, vel cum Præpositione* אַחֲרֵי Post. *R.Sal. scribit Psal.7.14.* כל דליקה לשון רדיפה הוא, *h.e. Verbum* דָּלַק *semper significat Persecutionem.* Præter. כִּי דָלַקְתָּ אַחֲרָי *Quòd fervidè insectatus es me, Gen.31.36.* וְדָלְקוּ בָהֶם *Et accensi in eos, Obad.18.* דְּלָקֻנוּ *Insectantur nos, Thren.4.19.* Partic. דֹּלְקִים *Fervidi vel Fervidè insectantes, Psal.7.14.* Chald. Partic. דָּלִק Ardens, Dan.7.9. Hiphil, הִדְלִיק Accendit, Incendit. Infin. הַדְלֵק *Accendendo, Ezech.24.10.* Futur. יַדְלִיקֵם *Incendat eos, Jesa.5.11.*

דַּלֶּקֶת *f.* Ardens febris, *Deut.28.22.*

דֶּלֶת *f.* Ostium, Janua, Porta, Fores: *Metaphoricè* Folium, Pagina libri, *quasi ejus Janua*, סִגְרוּ הַדֶּלֶת *Occludite fores*, 2.*Reg*. 6. 32. Aff. בְּדַלְתּוֹ *In janua ejus*; 2.*Reg*.12.9. וּסְגוֹר דְּלָתֶיךָ *Et occlude januam tuam*, *Jes*.26.20. *quod scribitur cum* י *redundante. Hinc, juxta Ab.Esram*, עַל־דַּל *Super ostium*; *Psal*.141.3. *per Apocopam literæ* ת, *quam dicit in priori forma esse formativam generis fœminini, adeóq; adventitiam; non radicalem. Hoc modo posit esse à Radice* דָּלָה, *sic dicta Janua, quòd cardinibus suis Elata sit, vel in Alto vehatur*: Duale, דְּלָתַיִם Fores, Valvæ, *quasi Januas bifidas dicas*, *Malach*.1. *v*.10. *estq; quasi à singulari* דַּלָה *forma* שָׂפָה: Construct. דַּלְתֵי, *Job*.3.*v*.10. Plural. שָׁלֹשׁ דְּלָתוֹת *Tres paginas*, *Jerem*.36.23. Constr. דַּלְתוֹת הַבַּיִת *Fores domus*, *Jud*.19.27.

דָּם *m*. Sanguis, Reatus sanguinis: *Quidam deducunt ab* אדם Rufus, *per Aphæresin, ut sic à Rubedine dicatur*: Constr. דַּם נְקִיִּים *Sanguine innocentum*, *Jerem*.19.4. וְדַם עֵנָב *Et sanguinem uvæ, id est, Succum*, *Deut*.32.14. Aff. דָּמְךָ *Sanguis tuus*, 1.*Reg*.2.37. בְּדָמְךָ *Vide suprà in* דום; דִּמְכֶם *Sanguinem vestrum*, *Gen*.9.5. Plural. חֲתַן־דָּמִים *Sponsus sanguinum es mihi*, *Exod*.4.25. *Sic ferè* Cædes, *quasi sanguinis effusionem denotat*: דָּמִים בְּדָמִים נָגָעוּ *Cædes aliæ alias cædes attigerunt*, *Hos*.4.2. Constr. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ *Vox sanguinum fratris tui, id est, sanguinis cæde fusi*, *Genes*.4.10. Aff. דָּמָיו בּוֹ *Sanguines ejus in eo, id est, Cædis causa est in ipso, ac proinde reus est mortis, ut Chaldæus reddit paraphrastes*, *Levit*.20.9. *R.Salomon hîc notat: Ubicunq; dicitur* דָּמָיו בּוֹ *Sanguis ejus in eo est, ibi intelligitur Lapidatio, q.d. Ipse sibi lapidationis causa est. Id colligit ex versu 27. ubi dicitur; Lapidibus obruuntur,* דְּמֵיהֶם בָּם *sanguis ipsorum in ipsis est.*

דָּמָה Similem esse, Asſimilari: *Et semel transitivè*, Asſimilare, *Jer.6.2. Item*, Silere, *Psal.35. v.15. & inde metaphoricè*, Destitit, Quievit, Cessavit, *Thren.3.49. Jer.14.17.* Chald. Partic. præsens, דָּמֵה Similis, Dan.3.25. Fœmin. דָּמְיָה Dan.7.5. Niph. נִדְמָה Similem fieri: Exſcindi, Succîdi: Præter. נִדְמֵיתָ *Similis factus es, Ezech.32.2.* נִדְמֵיתִי *Exſcindor, Exciſus ſum, Jeſ.6.5.* Partic. נִדְמָה שֹׁמְרוֹן *Exſcindetur Schomron, Hoſ.10.7.* Pih. דִּמָּה Asſimilavit, Comparavit, Cogitavit, Imaginatus est, Proposuit sibi: Præter. דִּמָּה לָנוּ *Cogitavit nobis, i.e. contra nos, 2.Sam.21.5.* כַּאֲשֶׁר דִּמִּיתִי *Sicut imaginatus ſum mihi, Propoſui mihi, Jeſa.14.24.* דִּמִּיתִיךְ *Aſſimilo te, Cant.1.9.* דִּמִּינוּ *Cogitamus, Pſal.48.10.* Futur. אֲדַמֶּה *Similitudines proponam, Hoſ.12.10.* Hithp. אֶדַּמֶּה *Aſſimilabo me, Jeſa.14.14. per Syncopam, pro* אֶתְדַּמֶּה.

דְּמִי *m.* Reſciſsio, *Jeſa.38.10.*

דֳּמִי *m.* Silentium, *Jeſa.62.6.7.*

דּוּמִיָּה *f.* Silentium, *Pſal.22.3. Habet & vim Nominis participialis; Unde,* לְךָ דֻמִיָּה תְהִלָּה *Tibi ſilentium laus eſt, Pſal.65.2. q.d. Tam multiplex, & tanta eſt laus tua, ut ſilere laudabilius ſit, quàm eloqui. Vide & Pſal.39.3. Et adjectivè*, Silens, Tacita, *Pſal.62.2.*

דִּמְיוֹן *m.* Similitudo: Aff. דִּמְיֹנוֹ *Similitudo ejus, Pſal.17. verſ.12.*

דְּמוּת *f.* Idem, *Jeſa.13.4.* Aff. כִּדְמוּתֵנוּ *Secundum ſimilitudinem noſtram, Gen.1.26.*

דָּם *m.* Idem: בְּדָמְךָ *In ſimilitudine tua, Ezech.19.10. id eſt,* בִּדְמוּתְךָ *; juxta Kimchium, quò etiam reſpexit Chaldæus. Sic alibi* צוּרָם *; pro* צוּרָתָם. *Sic R. Salomon. Vide &* דום.

דָּמַם Siluit, Conticuit: *Metaphoricè*, Quievit, Acquievit, Subſtitit, Exſpectavit: Præter.

וְלֹא דָּמוּ *Neq; quiescunt, Job.30.27.* Imper. דּוֹם *Subsiste, Jos.10.12.* דֹּמּוּ *Subsistite, 1.Sam.14.9.* Futur. וְאֶדּוֹם *Et conticui, Job.31.34.* וַיִּדֹּם *Et substitit, Jos.10.13. ubi Dagesch & vocalis brevis sunt loco vocalis longæ Kametz, id quod in hoc genere Verborum non infrequens est: Simile vide in* קָבַב. Niph. נָדַם Idem: *Item*, Exscindi, Succidi: Præter. נָדַמּוּ *Succidentur, Jerem.25.37.* Futur. cum ה paragogico, וְנִדְּמָה־ *Et sileamus ibi, In silentio vitam transigamus, Jerem.8.14.* יִדַּמּוּ *Exscindentur, Jer.49.26.* Et irregulariter Dagesch ejecto, יִדְּמוּ *Conticescent, Exod.15.16. ut & antea in prima persona: Simile vide in* תָּמַם *in Niph.* Pih. Præter. דּוֹמַמְתִּי *vide in* דּוּם. Hiph. Præter. הֲדִמָּנוּ *Silere fecit nos, Silentium indixit nobis, Jerem.8.14.* Hithp. *juxta quosdam,* תִּדֹּמִּי *Exscindaris, id est, prorsus vasteris, Jer.48.2. pro* תִּתְדּוֹמְמִי.

דּוּמָם *Vide in* דּוּם.

דְּמָמָה *f.* Silentium, 1.*Reg.*19.12.

דמן דֹּמֶן *m.* Stercus, Fimus: *Psal.* 83. 11. כְּדֹמֶן *Sicut fimus, Jer.9.22.*

מַדְמֵנָה *fœm.* Stercorationis locus, Sterquilinium, *juxta Ab.Esram, Jesa.25.10. At Jesa.10.31. est* Proprium nomen loci.

דמע Lachrymatus est: Infinitiv. cum Futuro, וְדָמוֹעַ תִּדְמַע *Et lachrymando lachrymabit, Jerem.13.v.17.*

דֶּמַע *f.* Lachryma: *Metaphoricè* Liquor, *veluti Vini vel Olei:* Aff. מְלֵאָתְךָ וְדִמְעֲךָ *Plenitudinem tuam & lachrymam tuam, Exod.22.29. id est, Frugum ac vini, oleiq; primitias, ut dicitur Deut.18.4.* Plenitudinem, *i.e. plenas ac maturas spicas.* Lachrymam, *id est, mustum ac oleum, quæ calcata, instar lachrymarum manant, & guttatim stillant. De his primitias dare ne differto. In hunc sensum*

reddit

reddit Targ. Jeruſchalmi: בִּכּוּרֵי פֵּירָךְ וּבִכּוּרֵי יַעֲוָךְ *Primitias fructuum tuorũ, & primitias vini torcularium tuorum.*

דִּמְעָה *f.* Lachryma: *Pſal.*126.5. Conſtr. דִּמְעַת *Eccl.*4. *v.*1. Aff. אֶת־דִּמְעָתֶךָ *Lachrymas tuas, Jeſa.*38.5. Plural. כָּלוּ בַדְּמָעוֹת *Deficiunt præ lachrymis, Thren.*2.11.

דְּמֶשֶׁק *m.* Angulus, Latus, *idem quod* פֵּאָה, *ut Aben Eſræ placet, Amos* 3.12.

דֵּן דְּנָה Chald. *Ille, Iſte: Illa, Iſta,* עַל רָזָא דְנָה Super arcano iſto, Dan.2.18. ubi maſculinum, דְּנָה עִם Hoc cum illo, Dan.2.43. אַחֲרֵי דְנָה Poſthæc, Poſthac, verſ.29. כִּדְנָה Secundum hoc, Sic, Hujusmodi, Jer.10.11. Dan.5.7.

דּוֹנַג *m.* Cera, *Pſal.*68.3. הָיָה לִבִּי כַּדּוֹנָג *Fuit cor meum ſicut cera, Pſal.*22.15.

דָּעַךְ Exſtinctus fuit: Præter. דָּעֲכוּ *Exſtinguentur, Jeſa.*43.17. Futur. יִדְעַךְ *Exſtinguetur, Prov.*20. *v.*20. Niph. Præter. נִדְעֲכוּ *Exſtinguuntur, i.e. diffluunt, de aquis dictum, Job.*6.17. Pyh. Præter. דֹּעֲכוּ *Exſtincti ſunt, Pſal.*118.12.

דפה דֳּפִי *m.* Infamia, Probrum: בְּבֶן־אִמְּךָ תִּתֶּן דֹּפִי *In filium matris tuæ dabis infamiam, Pſal.*50.20.

דָּפַק Pulſavit: Præter. וּדְפָקוּם *Et pulſaverint eas, Geneſ.* 33.13. Particip. דּוֹפֵק *Pulſans, Cantic.*5.2. Hithp. Partic. מִתְדַּפְּקִים עַל־הַדָּלֶת *Pulſantes januam, Jud.*19.22.

דָּקַק Comminuit: Comminutus fuit: Præterit. דַּק לְעָפָר *Comminutus eſſet in pulverem, Deut.*9. *v.*21. *Exod.*32.20. Chald. דָּקוּ Cõminuta ſunt, Dan.2. v.35. quaſi à דוק ex forma Quieſcentium ſecundâ, ut non rarò hęc cum Defectivis ſecundâ radicali formas permutant. Futur. וְתָדֹק *Et comminues, Jeſa.*41.15. יְדֻקֶּנּוּ *Comminuit ipſum, Jeſa.*28.28. Hiph. Præter. הֵדַק

Comminuit; 2.*Reg*.23.15. Infinit. הָדֵק *Comminuendo*, *Exod*.30.*v*.36. *& irregulariter* לְהָדֵק, 2.*Paral*.34.7. *pro* לְהָדֵק. Futur. אֲדִקֵּם *Comminuam eos*, 2.*Sam*.22.34. *Accentu retracto*; וַיָּדֶק *Et comminuit*,2.*Reg*.23.6. Chald. Præter. fœmin. וְהַדֶּקֶת Et comminuit, Dan.2.v.43. הַדִּקוּ Comminuerunt, Dan.6.25. Partic. præs. מְהַדֵּק Comminuens, Dan.2.40. Et eliso ה characteristico fœmin. מַדְּקָה Comminuebat,Dan.7.7. Futur. fœm. תַּדִּק Comminuet, Dan.2.40. Cum Aff. וְתַדְקִנַּהּ Et comminuet eam, Dan.7.23. Hoph. Futur. יוּדַק *Comminuetur*, *Jesa*.28.28.

דַּק *m*. Minutus, Tenuis, Gracilis: Minutum, Res minuta, *Exod*.16.14. אוֹ־דַק *Aut gracilis*, *gracili corpore præditus*, *Levit*.21.20. *juxta Aben Esram: At R.Solomon exponit pro homine cujus oculus panniculo vel pelliculâ tenui obductus est*: כַּדַּק *Sicut rem minutissimam*, *Jes*.40.15. Fœmin. דַּקָּה *Levit*.16.12. Plural. וְדַקּוֹת בָּשָׂר *Et tenues carne*, *Gen*.41.3.

דֹּק *m*. Conopeum, Aulæum, Cortina, *Jesa*.40.22.

דָּקַר Transfixit, Transfodit: Præter. אֵת אֲשֶׁר־דָּקָרוּ *Quem transfixerunt*, *Zach*.12.*v*.10. Niph. Futur. יִדָּקֵר *Transfodietur*, *Jesa*.13.*v*.15. Pyh. Particip. מְדֻקָּרִים *Transfixi*, *Jer*.37.10.

מַדְקָרָה *f*. Transfossio: Plural. Constr. כְּמַדְקְרוֹת חָרֶב *Sicut transfossiones gladii*, *Prov*.12.18.

דַּר *m*. Parius lapis, Parium marmor, *candidum*, *juxta quosdam*, *Esth*.1.6. *Rabbini Lapidem pretiosum esse existimant: Unde in Cod. Talmudico Megilla*, *cap*.11.*fol*.12. *legitur*: Schmuel dixit: Lapis pretiosus est in urbibus maritimis, Dara vocatus: si ponatur in medio cænaculi, lucem præbet præsentibus. At qui de Schola Rabbi Ismaëlis fuerunt, docuerunt, sic vocatum,

vocatum, quòd procreet דְּרוֹר libertatem omnibus mercatoribus.

דרא דֵּרָאוֹן *m.* Contemptus, *Dan.2.v.12.* Fastidium, Nausea, *Jes.6.24. Est forma* זִכָּרוֹן.

דרב דָּרְבָן *m.* Stimulus, Aculeus, 1.*Sam.13.12.* Plur. cum Cholem in medio, דָּרְבֹנוֹת *Aculei, Eccl.* 12.11. *Propriè est* Ferrum, ligno, quod מַלְמַד dicitur, inditum. *Unde apud Talmudicos,* מלמד שבלע הדרבן *Baculus, Stimulus qui absorpsit aculeum, id est, ferreum aculeum infixum habens, Kelim fol.17.*

דרג מַדְרֵגָה *f.* Gradus, Gradatio præceps, Præcipitium: בְּסֵתֶר הַמַּדְרֵגָה *In latibulo præcipitii, Cant.2.14.* Plur. הַמַּדְרֵגוֹת *Præcipitia, Gradus, Ezech.38. v.20. Chaldæus,* Turres.

* דַּרְדַּר *Vide infrà in* דרר.

דָּרַךְ Calcavit, Conculcavit: Incessit, Processit; *Incessus enim est via Calcatio. Ad arcum relatum, est,* Tetendit, Intendit: Præt. דָּרַךְ כּוֹכָב *Procedet stella, Num.24.17.* קַשְׁתּוֹ דָרַךְ *Arcum suum tetendit, Psal.7.13.* גַּת דָּרַךְ *Torcular calcavit, Thr.1.15.* Hiph. הִדְרִיךְ Idem: *Item* Incedere fecit, Deduxit: וְהִדְרִיךְ *Et deducet, Jesa.* 11.15. Infin. *juxta Kimchium,* עֵת הַדְרִיכָהּ *Tempus calcandi eam, Jer.51.33. cum Chirek sub* ה *loco Pathach.*

דֶּרֶךְ *c.* Via, Iter: Mos, Ratio, Consuetudo: דֶּרֶךְ נָשִׁים לִי *Consuetudo mulierum est mihi, Gen.31.35.* בְּדֶרֶךְ מִצְרָיִם *Ratione Aegypti, Jes.10.24.* Aff. לְדַרְכּוֹ *In viam suã, Num.* 24.24. Dual. מֵעִקֵּשׁ דְּרָכַיִם *Quàm perversus duabus viis, id est, huc illuc se flectens, Prov.28.6.* Plural. דְּרָכִים *Viæ, Deuter.28.7.* Constr. בְּדַרְכֵי־חֹשֶׁךְ *Per vias tenebrarum, Prov.2.13.* Aff. כִּדְרָכָיו *Secundum vias suas, Ezech.33.20.*

מִדְרָךְ *m.* Calcatio, Vestigium: Construct. עַד־מִדְרַךְ כַּף־רָגֶל *Usq; ad vestigium plantæ pedis, Deut.2.5.*

*דַּרְכְּמוֹן *m.* Drachma: *A Græcis videtur mutuo sumptum.* Plural. דַּרְכְּמוֹנִים *Drachmæ, Esr.2.69.*

דרם דָּרוֹם *m.* Meridies, Auster, Plaga meridionalis: אֶת רוּחַ הַדָּרוֹם *Ventum meridiei, Ezech.42.18. id est, Plagam australem:* יָם וְדָרוֹם *Occidentem & meridiem, Deuter.33.v.23. Rabbi Bechai notat Deuter.3.27. sic dici, quasi* דָּר רוּם *vel* דּוֹרֵךְ *Habitans vel Incedens alte, quod sol illic procedat in altitudine sua.*

דרע Chald. *m. Brachium:* Plural. cum Aff. דְּרָעוֹהִי Brachia ejus, Dan.2.32. Hebr. זְרוֹעַ.

אֶדְרָע m. *Idem:* בְּאֶדְרָע Cum brachio, Esr.4.23. Hebr. אֶזְרוֹעַ commutato ז in ד.

דרר *m.* Libertas, *Lev.25.10.* Hirundo, *Psal.84.4. sic dicta, quòd Libertatem habet nidificandi in hominum ædibus. Talmudici,* אֵין דְּרוֹר אֶלָּא לְשׁוֹן חֵירוּת Non significat דְּרוֹר nisi libertatem, *Rosch haschana fol.9.2. Et alibi:* לָמָּה נִקְרָא שְׁמָהּ צִפּוֹר דְּרוֹר שֶׁדָּרָה בְּבַיִת כְּבַשָּׂדֶה Quare vocatur nomen ejus Avis libertatis? quia habitat in domo sicut in agro: *Betza fol.24.1. Videatur & R.Levi & Aben Esra, Prov.29.2.*

דַּרְדַּר *m.* Carduus, Tribulus, *Genes.3.18. Hosea* 10.8. *sic dictus, quia liberè & suâ sponte in locis incultis crescit. Quod Hebraicè dicitur* קוֹץ וְדַרְדַּר, *id Græci dixerunt* ἀκάνθας καὶ τριβόλους, *& sic ad Heb.6.8.*

דרש Quæsivit, Inquisivit, Perquisivit: Requisivit, Consuluit, Sciscitatus, Percunctatus est: *Construitur cum Accusativo, & variis Præpositionibus: ut,* ב · ל · אֶל · עַל, *&c.* Præter. דָּרַשׁ בַּיהוָה *Requisivit Dominum, 1.Paral.10.14.* דָּרַשׁ לַבְּעָלִים *Requisivit Bahalimos, 2.Par.17.3. &c.* Infinitivus anomalus, לְדַרְיוֹשׁ *Ad inquirendum, Esra 10.16.* Niph. נִדְרַשׁ Requiri, Consuli: Præter. נִדְרַשְׁתִּי *Quæsitus vel Exquisitus sum,*

sum, id est, Adeò obviam & expositus fui, ut ultrò me invenirent, Jesa.65.1. Similis locutio Psalm.111.2. Infinitiv. cum Futuro, הַאִדָּרוֹשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם *Num consulendo consular ab illis, Ezech.14.v.3. cum* א *loco* ה, *facilioris pronunciationis causâ.*

מִדְרָשׁ *m.* Commentarius, Historia, *quasi Inquisitorium vel Repertorium dicas:* Constr. בְּמִדְרַשׁ *In commentario, 2.Par.13.22. 2.Par.24.27.*

דשא Herbascere: Præterit. דָּשְׁאוּ *Herbascunt, Joel.2.22.* Hiph. Futur. תַּדְשֵׁא *Herbascat, Genes.1.11.*

דֶּשֶׁא *masc.* Herba tenera, Herbula, *Genes.1.v.11. Voluntaria propriè & insativa, unde generaliter de omni terræ virore dicitur, juxta R. Salomonem:* עֵשֶׂב *autem quamlibet suo nomine appellatam.* Chald. בדתְאָא דִי בָרָא In tenera herba agri, Dan.4.12.20. mutato pro more ש in ת.

דָּשָׁה *f.* Herbilis, *juxta quosdam:* כְּעֶגְלָה דָשָׁה *Sicut vitula herbilis, Jer.50.11. quæ herbis pascitur, & augescit, juxta Kimchium in Comment. R.Solom.* Sicut vitula triturans; *quæ scil. jugiter ex tritura comedit & pinguescit, quasi à* דוש.

דשן Saginatus, Pinguefactus fuit: Præterit. וְדָשֵׁן *Et saginabitur, Deut.31.20.* Pih. דִּשֵּׁן Pinguefecit: *Item* Decineravit, A' cineribus purgavit, Cineres removit: Incineravit: In cineres redegit: Præterit. דִּשַּׁנְתָּ *Pingue sive delibutum reddis, Psalm.23.5.* וְדִשְּׁנוּ *Et accipient sive removebunt cineres ejus, Num.4.v.13.* Infin. לְדַשְּׁנוֹ *Ad accipiendos cineres ejus, Exod.27.3.* Futur. יְדַשְּׁנֶה *In cinerem redigat, Psalm.20.v.4. pro* יְדַשֵּׁן *cum* ה *paragogico præter normam: Simile vide suprà in* בוא. Futur. תְּדַשֶּׁן־עָצֶם *Pinguefacit ossa, Prov.15.30.*

Pyh. Futur. יִדְשַׁן Pinguefiet, Jesa.34.v.7. תְּדֻשָּׁן Pinguis efficietur, Prov.11.25. Ex Hoph. & Hithp. compositum est Præter. הֻדַּשְּׁנָה Pinguefiet, Jesa.34.6.

דָּשֵׁן masc. Pinguis, Jesa.30.v.23. Plural. דְּשֵׁנִים Pingues, Psalm.92.v.15. Constr. דִּשְׁנֵי־אֶרֶץ Pingues terræ, Psal.22.30.

דֶּשֶׁן m. Pinguedo, Psal.63.9. Item Cinis, Lev.1.16. Aff. אֶת־דִּשְׁנִי Pinguedinem meam, Jud.9.9.

דָּת f. Lex, Edictum, Jus, Deuter.33.2. יֹדְעֵי דָּת Noscentes jus, Periti juris, Esth.1.13. כְּדָת Secundum jus, Ex jure, vers.8. Aff. אַחַת דָּתוֹ Unum est jus ejus, sive, de eo, Esth.4.11. Plural. Constr. וְדָתֵי הַמֶּלֶךְ Et jura regis, 3.8. Aff. וְדָתֵיהֶם Et jura eorum, ibid. Chald. דָּת Idem, Dan.7.25. כְּדָת מָדַי Secundum jus Persarum, Dan.6.8. וְדָתָא נֶפְקַת Et sententia egrediebatur, Dan.2.13. Aff. דָּתְכוֹן Sententia vestra, v.9. Plural. Constr. דָּתֵי אֱלָהָךְ Leges Dei tui, Esr.7.25.

* דִּתְאָא Chald. Herba, Daniel.4.12.20. ex Hebræo דֶּשֶׁא, mutato ש in ת.

* דְּתָבְרַיָּא Chald. Legisperiti, Dan.3.2. R.Saadia, Consiliarii regii, דְּדָתֵיהֶם בָּרִיא quorum jus purum est, וְדָתָם וַעֲצָתָם בְּרוּרָה & quorum lex & consilium illustre.

ה

הֵא En, Ecce: Genes.47.23. Ezech.16.43. Chald. הָא־כְדִי Ecce sicut, Perinde ac, Dan.2.43. & cum Kametz, הָא Dan.3.25.

* הֶאָח Vide in אח.

* הַבְהָבַי הַבְהַב Vide in יהב.

הֶבֶל m. Vanitas, Jerem.16.19. Et aliâ formâ, הֲבֵל; Unde Constr. הֲבֵל, ut mox: Aff. הֶבְלְךָ Vanitatis tuæ,

tua, *Eccl.*9.9. Plur. הֲבֵל הֲבָלִים *Vanitas vanitatum*, *Eccl.* 1.2. Conſtr. הַבְלֵי־שָׁוְא *Vanitates*, *res nihili*, *Pſalm.*31.7. Aff. בְּהַבְלֵיהֶם *Vanitatibus ſuis*, *Deut.*32.21.

הבל Kal, Evaneſcere, Vanum fieri vel effici: Futur. וַיֶּהְבָּלוּ *Et vani effecti ſunt*, *Jer.*2.5. תֶּהְבָּלוּ *Evaneſcatis*, *Pſal.*62.11. Hiph. Partic. מַהְבִּילִים הֵמָּה אֶתְכֶם *Vanos efficiunt ipſi vos*, *Jer.*23.16.

הבן הָבְנִים *m. p.* Ebena ligna, *juxta Kimchium*, *Ezech.* 27. *v.* 15. *Virgil.* Sola India nigrum fert Ebenum.

הבר Obſervare, Contemplari: Partic. הֹבְרֵי שָׁמַיִם *Obſervatores cælorum*, *Jeſa.*47.13. *Ab.Eſra*, חַכְמֵי הַמַּזָּלוֹת *Peritos ſignorum cæleſtium*, *i.e.* *Aſtrologos*, *exponit*. *Vox peregrina videtur*, *unde Kimchi ex Arabico deducit.*

הגה Meditari: *Et à mente ad os translatum*; Effari, Eloqui: Muſsitare: Gemere, *de Columbis*: Rugire, *de Leonibus*: *Item* Auferre, Removere: Præter. הָגָה בְּרוּחוֹ *Aufert vento ſuo*, *Jeſa.*27.8. Infinit. הָגוֹ סִיגִים *Auferre ſcorias*, *Prov.*25.4.5. הֹרוֹ וְהֹגוֹ מִלֵּב *Concipere & effari ex animo verba falſa*, *Jeſa.*59.13. *cum Cholem ab initio loco Kametz.* Futur. אֶהְגֶּה כַּיּוֹנָה *Gemebam ut columba*, *Jeſa.*38.14. כַּאֲשֶׁר יֶהְגֶּה הָאַרְיֵה *Sicut rugit leo*, *Jeſa.*31.4. Pyh. Præterit. הֹגָה *Amotus fuit*, 2.*Sam.*20.13. *pro* הָגָה. Hiph. Partic. Plural. הַמַּהְגִּים *Qui muſsitant*, *Jeſ.*8.19.

הֶגֶה *m.* Sermo, Loquela, Gemitus, *Job.*37.2. *Ezech.* 2.*v.*10.

הגיג *m.* Meditatio: Aff. הֲגִיגִי *Meditationem meam*, *Pſal.*5.2. *per geminationem ſecundæ radicalis.*

הגיון *m.* Idem, *Pſal.*9.17. Conſtr. וְהֶגְיוֹן לִבִּי *Et meditatio cordis mei*, *Pſal.*19.15.

הגות *f.* Idem: וְהָגוּת לִבִּי *Et meditatio cordis mei*, *Pſ.*94.4.

הגן הֲגִינָה Recta: *Ezech.*42.32. הָגוּן Rectum, Decens, Conveniens, Honestum, *apud Rabbinos:* *Et in Targum,* אִתָּא מְהַגְּנָא *Mulier honesta & conveniens, Genes.*24.12. *in Jonathane.* הוּגֶן Decentia, Decus, Honestas, *apud Rabbinos.*

הדד הֵידָד Celeusma, *Vox ovantium & se invicem hortantium, Jesa.*16.9.10. לֹא־יִדְרֹךְ הֵידָד *Non calcabit (cum) celeusmate, Jer.*48.33. Contracte juxta quosdam, וְלֹא הֵד הָרִים *Et non celeusmatis montium, Ezech.*7.7. *id est, Echûs.*

הדה Immisit, Injecit: Præter. יָדוֹ הָדָה *Manum suam injiciet, Jesa.*11.8. *Ab.Esra putat esse pro* יָדָה. *Chaldæus reddit* אוֹשִׁיט Extendet.

הדך Contrivit, Contudit: Imper. וַהֲדֹךְ רְשָׁעִים *Et contunde improbos, Job.*40.7.

הדם *m.* Scabellum: הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ *Scabellum pedibus tuis, Psal.*110.1.

הדם Chald. *Membrū, Frustū:* Plur. הַדָּמִין תִּתְעַבְדוּן Frusta efficiemini, Dan.2.5. *Sic Syrè,* דְּנֵאבַד חַד הַדָּמָךְ Ut pereat unum membrum tuum, Matt.5. v.29. Verbum, הַדֵּם *In membra, frusta concidere, Discindere,* in Targum: וְהַדְּמֵיהּ Ac discidit illum, Jud.14.6. sic Jud.19.29. וְהַדֵּימְתַּהּ Ac discidi eam, Judic.20.6. כְּמָא דִמְהַדְּמִין Sicut qui discindunt, Jud.14.6.

הדס *m.* Myrtus: *Neh.*8.15. Plur. בֵּין הַהֲדַסִּים *Inter myrtos, Zach.*1.8.

הדף Deturbavit, Depulit, Expulit, Impulit: Præterit. הֲדָפוֹ *Depulit eum, Numer.*35.22. Futu[r.] יֶהְדְּפֶנּוּ *Depulerit eum, vers.*20. *cum Chatephkametz sub Daleth loco Scheva.*

הדר Honoravit, Honorem habuit, exhibuit: Præt. וְהָדַרְתָּ פְּנֵי זָקֵן *Et honorem habebis faciei senis,*

senis, *Lev.*19.32. Partic. Præt. הָדוּר *Honoratus, honorificè ornatus*, *Jesa.*63.1. Plur. הֲדוּרִים *Vide in fine hujus Radicis.* Futur. תֶּהְדַּר *Honorem exhibebis*, *Lev.*19.15. Niph. Præt. נֶהְדָּרוּ *Honore afficiuntur*, *Thr*[illegible].5. *v.*2. Chald. in Pah. *Honore afficere*, *Glorificare.* Præter. הַדַּרְתָּ Glorificasti, Dan.5.23. הַדְּרֵת Glorificavi, Dan.4.31. Partic. מְהַדַּר Glorifico, v.34. Hithp. Futur. תִּתְהַדַּר *Decorem vel honorem tibi arroges*, *Prov.*25.6.

הָדָר *m.* Honor, Decus, Decor, Majestas: Constr. וּמֵהֲדַר גְּאֹנוֹ *Et propter decorem excellentiæ ejus*, *Jesa.*2. *v.*10. Aff. הֲדָרִי *Decorem meum*, *Mich.*2.9. Plur. Constr. בְּהַדְרֵי־קֹדֶשׁ *In decoris*, *scil. locis sanctitatis*, *Psal.*110.3.

הֶדֶר *m.* Idem: Constr. הֶדֶר מַלְכוּת *Decorem regni sive regium*, *Dan.*11.20. Chald. הַדְרָא Decorem, Dan.5.18. Aff. הַדְרִי וְזִיוִי Decor meus & splendor meus, Dan.4.33.

הֲדָרָה *f.* Idem: Constr. בְּהַדְרַת קֹדֶשׁ *In decore sanctitatis*, *Psal.*29.2.

הֲדוּרִים *m. p.* Tortuosa, Inæqualia: וַהֲדוּרִים אֲיַשֵּׁר *Et tortuosa rectificabo*, *Jesa.*45.*v.*2. *ex usu Chaldaico. Nam* הֲדַר Redire, Reverti: *Unde*, הָדוּר Tortuosum, Reflexum & variè rediens.

הָהּ Ah, *Vox naturalis Dolentis*, *Ezech.*30.2. *Aliâs* אֲהָהּ, *ut est suo loco.*

הוּא Ille, Ipse: הַמָּקוֹם הַהוּא *Loci illius*, *Genes.*32.2. Plural. הֵם *Ipsi*: *& cum* ה *paragogico*, הֵמָּה *Gen.*6.4. Chald. וְהוּא Et ipse, Dan.2.21. Plural. הִמּוֹן Dan.2.34. & per Apocopam הִמּוֹ, Dan.2.21.

הוֹד *m.* Decus, Decor, Gloria, Majestas: *Frequenter cum superiore* הָדָר *conjungitur*: *ut*, הוֹד וְהָדָר *Decus & majestatem*, *Psalm.*21.6. Aff. הוֹי הֹדֹה *Heu decus ejus*, *Jerem.*22.*v.*18. *cum He loco Vau*: הוֹדְךָ *Decorem tuum*, *Psal.*8.2.

הוה Fuit: Particip. וְאַתָּה הֹוֶה *Tu futurus es, Nehem.6.v.6.* מָה הֹוֶה *Quid est vel superest, Eccles.2.22.* Imperat. הֱוֵה גְבִיר *Esto herus vel Dominus, Genes.27.29.* Et cum א loco ה ex forma Chaldaica; הֱוֵא אָרֶץ *Esto terra, id est, in terra, vel, super terram, Job.37.v.6.* הֱוִי סֵתֶר *Esto latibulum, Jesa.16.v.4.* Futur. יְהוּא *Erit, Eccles.11.3. plane irregulariter pro* יִהְיֶה. Chald. Præter. הֲוָה *vel* הֲוָא Fuit, Esræ 5.11. fœmin. הֲוַת Erat, vers.5. הֲוַיְתָ Fuisti, Dan.2.31. הֲוֵית Eram, Dan.4.1. הֲווֹ Fuerunt, Esræ 4.20. Infinit. לֶהֱוֵא Ad essendum, Esræ 4.10. Cum ן paragogico, לֶהֱוֹן Ad existendum, Dan.2.v.43. aut est contractum pro לֶהֱוְיָהוֹן Ut sint illa, cum Affixo, sicut & illud לָךְ לֶהֱוְיָן Tibi ad existendum illa, id est, Tua sunt, pro לֶהֱוְיָן Dan.5.17. Futur. תֶּהֱוֵה Erit, Dan.4.24. & in Aleph תֶּהֱוֵא Sit, Esræ 6.8.

הוה *f.* Ærumna, Pravitas, *Ezech.7.26. Jes.47.11.*

הַוָּה *f.* Idem: Constr. הַוַּת נַפְשׁוֹ *Aerumnam animæ suæ, Mich.7.3. Item* Substantia, *id quod homini ex labore suo reliquum existit & remanet, quasi Existentiam dicas, ut Græci* οὐσίαν *vocant:* וְהַוַּת בּוֹגְדִים *Et substantiam perfidorũ, Prov.10.3. Chaldæus,* וְקִנְיָנָא דְרַשִׁיעֵי *Et possessionem impiorũ:* וּבְהַוַּת *Et ærumnâ suâ, Prov.11.6. pro* בְּהַוָּתָם *ut Rab. Levi complet, adjuncto Affixo, & sic Chaldæus,* וּבְרַשְׁעֵיה *Et in impietate sua: Conferatur etiam præcedens versus:* Aff. בְּהַוָּתוֹ *In substantia sua, Psal.52.9.* וְהַיָּתִי *Et ærumnam meam, Job.6.2. scriptum cum* י*, legendum per* ו הַוָּתִי. *Sic Job.30.v.13.* Plural. עַד יַעֲבֹר הַוּוֹת *Donec transeat ærumnæ, Psal.57.2. id est, omnis & quæq; ærumna. Verbum* תְּהוֹתְתוּ*, quod hîc adducunt, vide infra in* התת.

יְהוָה Nomen Dei propriũ, *ut tradit Ab.Esra, Jesa.42.8.* Ipsum ab essentia sua denominans, q.d. Ens, Existens, ab

ab æterno & in æternū. *Interpres ejus fidus est D. Johannes in principio Apocalypseos, scribens:* εἰρήνη ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, Pax à Qui est, qui erat, & qui venturus est, *cap.* 1. 4. *Idem istud Deus innuere voluit Nomine* אֶהְיֶה, *cum dicere Mosen jussit,* Ehjeh misit me ad vos, *Exod.* 3. 14. *&* אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה Sum qui sum, Ero qui sum. *Hæc paraphrasticè reddūtur in Schemoth rabba, Exod.* 3. *Paraschâ* 3. *Dixit Deus benedictus Mosi: Dic eis,* אני שהייתי ואני הוא עכשיו ואני הוא לעתיד לבוא: Ego qui fui, & ego idem nunc, & ego idem in futurum, &c. *Huc respexit Paraphrastes in Legem, qui Jonathanis titulo gaudet, inquiens:* אֲנָא הוּא דַהֲוֵינָא וְעָתִיד לְמֶהֱוֵי שַׁדְרַנִי לְוָתְכוֹן: Ego ille qui sum, & qui futurus sum, misit me ad vos. *R. Bechai in Exodum, fol.* 65. *colum.* 4. *Deus benedictus (inquit) imperat tribus Temporibus, Præterito, Præsenti & Futuro, & Nomen* אהיה *solum complectitur tria ista tempora. Et mox; Etiam* בשם המיוחד *Nomine appropriato* (יהוה) *comprehenduntur tria ista tempora, ut notum est omnibus. Inde David Rex dixit:* יְהוָה מָלָךְ Dominus regnavit, *Psal.* 97. 1. *&* 99. 1. יְהוָה מֶלֶךְ עוֹלָם וָעֶד Dominus rex est in perpetuum & sempiternum, *Psal.* 10. 16. יִמְלוֹךְ יְהוָה לְעוֹלָם Regnabit Dominus in sempiternum, *Psalm.* 146. 9. *In libro* טעמי מצוות *fol.* 31. *horum locorum mysterium explicatur his verbis: Textus hic docet de Deo creatore, quòd est primus sine principio, & ultimus sine fine. Sic nomen ejus testatur de tribus existentiis seu existendi differentiis ejus,* הוֶה הָיָה וְיִהְיֶה *Præsenti, Præterito & Futuro, quæ sunt literæ ipsiusmet nominis appropriati* יהוה, *& profert tres* ההויותיו *existentias ejus voce regni & dominii, ad indicandum, quòd Ipse regnat & gubernat in mundo suo, sicut rex regit servos suos. Hæc ibi. Ob hanc causam apud priscos Hebræos in ma-*

jorē

jori reverentiæ; longeq́ sanctius habitum fuit, quàm reliqua Dei Nomina, quæ partim ab Effectis, partim ab Attributis ejus petita sunt, & pio quodam studio ab eo pronunciando abstinuerunt; ne quotidiano usu vilesceret & in vanum sumeretur, ut ea quæ subinde in ore sunt. Appellatum fuit שֵׁם בֶּן אַרְבַּע אוֹתִיוֹת Nomen filius quatuor literarum, *vel* שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת, *vel concisius,* שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע, *nempe* Constans ex quatuor, *scil. literis, Jod, He, Vau, He. Sic & Græcis τετραγράμματον dictum. Hæc autem appellatio synecdochica est per excellentiam: Nam &* אדני *quatuor literis scribitur, nec tamẽ vocatur Tetragrammaton. Item* שְׁמָא רַבָּא Nomen magnum: שֵׁם הַנִּכְבָּד Nomen gloriosum: שֵׁם הַמְּיוּחָד Nomen appropriatum: שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ Nomen separatum *vel* explicatum: הַשֵּׁם Nomen illud, *per synecdochen generis. Hoc postremum desumunt ex illo Levitici:* וַיִּקֹּב בֶּן־הָאִשָּׁה הַיִּשְׂרְאֵלִית אֶת־הַשֵּׁם: Et exsecratus est filius mulieris istius Israëlitidis nomen, τὸ ὄνομα, *cap.* 24. 11. *quod Jonathan reddit* שְׁמָא רַבָּא וְיַקִּירָא Nomen magnum & gloriosum: *Targum Jeruschalmi,* שְׁמָא מְפָרַשׁ Nomen expositum. *Abstinentes ergo ab ejus pronunciatione, legerunt pro eo* אֲדֹנָי Adonai, *cujus puncta vocalia nomini* יהוה *adjecta fuêre, nisi quòd pro Chateph-pathach positum sit Scheva simplex sub* י. *Inde R. Sal. ad illud Jesa.* 42. 8. Ego יהוה, illud est nomen meum; Nomen meum; *quod scil. explicatũ est per nomen* אָדוֹן, *id est, pro quo legitur & pronunciatur* אָדוֹן. *At ipso nomine* אֲדֹנָי *continuò (sine interjecto accentu distinguente, ut Psalm.* 16. 2.) *antecedente vel sequente, legerunt pro eo* אֱלֹהִים Elohim, *ejusq́ puncta vocalia ipsi subjecta sunt: ut,* אֲדֹנָי יֱהוִֹה, *quod lectum* Adonai elohim: *alioquin enim bis legendum fuisset* Adonai adonai. *Hoc inde patet,*

tet, quòd Chateph ſægol propriè non competit literæ י*, ſed gutturali: deinde* ה *in fine nunquam quieſcit in Chirek. Quòd* אדני *legatur, liquet inde, quòd literæ ſerviles* בוכלם *Nomini* יהוה *præfixæ, ſequuntur naturam & affectiones vocis* אֲדֹנָי *in punctatione:* בַּיהוה *quod legendum* בַּאדֹנָי*: nam aliàs ſcribendum fuiſſet* בִּיהוָה *ut dicitur* בִּיהוּדָה *: Sic* מֵיהוָה *quod legendum* מֵאֲדֹנָי*: nam Tzere hîc ante* י *improprium eſt, & nonniſi gutturalem reſpicit ob ejectum Dageſch. Tum etiam literæ* בגד כפת *poſt* יְהוִה *&* יהוָה *ſcriptæ, notantur ſemper cum Dageſch leni, quod non fieret, ſi litera* ה *in eo nomine eſſet quieſcens, ut ex Grammaticis notum. Exempla vide Geneſ. 7. v. 16. & 15. 8. & 16. 5. & 18. 14. & 20. 18. & 21. 1. & 24. 1. & 26. 24. At verò in his & innumeris aliis Dages videri poſſit adhibitum, non quòd vox antecedens legatur* אדני*, ſed propter accentum Regem, poſt quem Dages lene adhiberi ſolet. Quærenda ergo loca erunt, ubi vox* יהוה*, cum accentu miniſtro notata, habeat poſt ſe Dages. Lectum ergo & pronunciatum fuit vel per* Adonai, Dominus, *vel per* Elohim, Deus. *LXX. Græci ante Chriſtum ſemper expreſſerunt illud per* κύριος*, non, ut veriſimile eſt, ſuperſtitioſâ Judæorum ratione moti, ſed quòd ſuâ linguâ neq; ſcribere neq; enuntiare poſſent. Carent enim aſpiratione in media voce, quam litera* ה *requirit: carent etiam valore, quam litera* ו *in pronunciando requirit. Hinc ſuum* υ *in alienam naturam detorſerunt in alienis nominibus exprimendis: ut* Λευὶ לֵוִי*,* Δαυὶδ דוד*,* νινευίτης*. Inde etiam in Romanis* Οὐαλέριος *Valerius. Reddiderunt tamen illud per* κύριος*, ut Hebræi per* אדני*. Sic & in Chriſtiana Eccleſia ab interpretibus per* Dominus *redditũ fuit, uſq; ad Petrum Galatinum, ante quem non putatur aliquis ſcripſiſſe* Jehova *vel* Jehovi. *Prima hujus nominis reverẽtia apud Judæos mox,*

ut

ut omnia ferè, in superstitionem abiit. Plebi sub pœna mortis ejus pronunciatio vetita fuit: Summi sacerdotes illud in templo Hierosolymitano; non alibi; & semel duntaxat in anno, in solenni illa benedictione populi, Num.6.24.25. in festo Propitiationis, pronunciarunt. Superstitio autem, ut facilè se dilatat, ita hîc quoq; mox excrevit. Dum nomen per se & juxta suas literas pronunciari illicitum esset, effictæ sunt ejus per certas literas, & numeratas voces, mysticæ expositiones quædam, in quarum scientia magnæ latuerunt virtutes, magna inclusa miracula. Duæ autem potissimùm Tetragrāmati factæ sunt expositiones; Una per literas quodecim; *Altera per literas* quadraginta duas, *id est, per voces quasdam, quæ totidem literas continebant. Harum crebra apud Rabbinos mentio, sed rara interpretatio, quoad veritatem. De ea nisi lis esset inter ipsos, facerent virtutes, ut Moses & Christus, quos credunt vi hujus Nominis omnia sua facta miraculosa edidisse.* De Mose *legitur in libro Caphtor, fol.56. his verbis:* ומשה לא נשתמש אלא בשמו הגדול וכל נפלאותיו אשר עשה היו בשם המפורש שהוא שם יהוה ואהיה אשר אהיה: Moses non est usus nisi Nomine isto maximo, & omnia miracula sua, quæ fecit, fuerunt per Schemhamphorasch, id est, Nomen expositum, quod est ipsum Nomen יהוה & Ehjeh ascher ehjeh. *In Targum Jonathanis Exo.2.21. Sculptum & explicatum erat in ea (virga)* שמא רבא ויקירא *Nomen illud magnum & gloriosum, per quod editurus erat miracula in Aegypto, & findi debebat mare Suph, & aqua educenda ex petra. Quòd* Christus *per hoc nomen quoq; miracula sua ediderit, probavit ante multos annos Porchetus, cujus locum adducit Lutherus in libro suo de Schemhamphorasch, ad quem lectorem remitto. Ejus tamen fabulæ illustrandæ causâ hoc addo, quod apud Talmudicos reperi.*

Ut Chri-

Ut Christus in ea historia refertur descriptum Schemhamphorasch inclusisse in disciſſam cutem pedis, & ex Templo eduxisse, ut sic per ejus vim miracula postmodum ediderit: sic legitur quidam filius Satdæ per cæsuras cutis suæ præstigias eduxisse ex Aegypto. Verba textus sunt: הלוא בן סטדא הוציא כשפים ממצרים בסריטה שעל בשרו: Nonne filius Satdæ exportavit magias ex Ægypto per cæsuras, quas fecerat in carne sua: *Schabbath fol.104.2. Satda hæc dicitur fuisse* מרים מגדלא נשיא *Maria ornatrix mulierum, plicatrix capillorum muliebrium, ut fieri solet puellis sponsis.* Nam מגדלא *exponitur in Glossa* מקלעת שיער נשים, *id est, Implicans capillos mulierum: Sanhedrin fol.67.1. editionis Venetæ. Maria hæc dicitur vixisse in Templo secundo,* אמו של פלוני *mater τοῦ N. (id est, Christi, cujus nomen sic solent reticere) Chagiga fol.4.* סטדא Satda *dicitur, quasi* סטת דא *Declinavit ista, scil. ad scortationes, quia scortata est, ut scribit R.Salomon in Sanhedrin. Videntur hæc omninò eódem referenda, quò historia ista Porcheti. Sed videamus de Nominis Tetragrammati expositione per duodecim vel quadraginta duas literas, Hebræos ipsos.*

Petrus Galatinus in libro De arcanis catholicæ veritatis, lib.2. cap.11. & 12. expositionem hanc ex libro גלי רזייא *affert: Prima est,* אָב בֵּן וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ *i.e.* Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, *quæ voces duodecim continent literas. Altera, quadraginta duarum literarum est,* אָב אֵל, בֵּן אֵל, וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֵל, אֲבָל לֹא שְׁלֹשָׁה אֱלֹהִים כִּי אִם אֱלֹהַּ אֶחָד *i.e.* Pater Deus, Filius Deus, ac Spiritus Sanctus Deus: at non (*sunt*) tres Dii, sed Deus unus: *Alibi vidi,* אָב אֱלֹהִים, בֵּן אֱלֹהִים, רוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֱלֹהִים, שְׁלֹשָׁה בְּאֶחָד, אֶחָד בִּשְׁלֹשָׁה *id est,* Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus, tres in uno, unus in tribus.

Magnum operæ pretium esset, hanc expositionem posse ex Rabbinorum libris firmari. R. Bechai in principio Geneseos fol.5.col.2.scribit; Nomen quadraginta duarum literarum desumi ex primo & secundo versu principii Geneseos, à litera ב *vocis* בראשית *usque ad* ב *vocis* ובהו, *quæ sunt 42. literæ, ex quarum varia & multiplici combinatione, Cabalistis notâ, fit nomen expositum per 42. literas. Nomen autem duodecim literarum, fit ex triplicata combinatione Nominis* יהוה. *Videamus etiam varia Talmudistarum & Rabbinorum testimonia.*

In Codice Talmudico Kidduschin, cap.4.fol.71.legitur: Nomen quatuor literarum sapientes tradiderunt discipulis suis semel in septimana: alii dixerunt, bis. Rabbi Nachman filius Jitzchak assensit illis, qui dixerunt Semel, juxta illud: *Hoc est nomen meum* לעלם *in seculum*, Exod.3.15. scriptum est לעלם absque Vau in medio, quasi לְעַלֵּם Ad abscondẽdum; quòd absconditum manere debuerit. Rabba existimans publicis concionibus nomen tetragrammaton explicandum esse; illi senex quidam regessit, scriptum esse לְעַלֵּם Abscondi debere. Rabbi Abhina objecit: Scriptum est, *Hoc est nomẽ meum*; Item, *Et hoc est memoriale meum*, Exod.3.13: Ergo duo fuerunt nomina? Respondit Deus: Non sicut scribor, ita pronuncior: Scribor per Jodh He Vau He, nempe יהוה, sed pronuncior per Aleph Daleth, id est, אֲדֹנָי. Amplius docuerunt Rabbini: *Nomen duodecim literarum* principio tradiderunt cuilibet homini: cùm autem multiplicarentur homines perfrictæ frontis & impudentes, tradebant illud tantùm verecundioribus & modestioribus ex genere sacerdotali: (nempe, ut eo benedicerent populo post sacrificium matutinũ, addit Scholiastes)

liaſtes). Hi celerrimè & præcipitanter efferebant illud, dum fratres ipſorum ſacerdotes Nomen Tetragrammaton in ſolenni illa benedictione modularentur. Traditio alia: Dixit Rabbi Tarphon: Aliquando aſcendi poſt avunculum meum in ſuggeſtum, & adverti aurem ad ſacerdotem ſummum, & audivi quòd celeriter pronunciaret & quaſi abſorberet Nomen Tetragrammaton inter modulationem ſacerdotum. Dixit Rabh Jehuda: Dixit Rabh; *Nomen quadraginta duarum literarum* non traditur niſi verecundo, humili, mediæ ætatis viro, non iracundo, non ebrioſo, non pertinaci: quicunque illud novit & in pretio habet, conſervatque purè, is dilectus eſt ſuprà & acceptus infrà (id, eſt in cœlo & in terra) eumq; reverentur ac metuunt homines, ac hæres fit utriuſque ſeculi, hujus & futuri. *Hac illic. Scholiaſtes addit:* Nomen autem duodecim & quadraginta duarum literarum non revelarunt nobis. *Vide in Talm. Hieroſol. lib. Joma fol. 40. col. 4.*

In Codice Peſachim, cap. 3. fol. 50: Dixit Rabh Nachman filius Jitzchak: Non ſicut mundus hic, ita mundus futurus erit. In mundo hoc ſcribitur Nomen ejus per Joth He, nempe יהוה, & legitur per Aleph Daleth, nempe אֲדֹנָי: in mundo futuro erit unum idémque pronunciatum & ſcriptum, יהוה.

In Codice Sotah, cap. 7. fol. 37: Benedictio ſacerdotum (Num. 6. 24) quomodo fit? In provincia (*id eſt, extra urbem Jeruſalem*) dicitur triplici benedictione, ſed in ſanctuario (*id eſt, Templo Hieroſolymitano*) unicâ tantùm: In ſanctuario pronuntiat Sacerdos Nomen Tetragrammaton uti ſcribitur; in provincia per cognomen ejus. *Idem extat in Tamid cap. ultimo.*

Et paulò post, Sic benedicitote filiis Israëlis, Num. 6. v. 23. Anne per שֵׁם הַמְּפֹרָשׁ i. e. שֵׁם הַמְיוּחָד Nomen proprium & essentiale sive ipsum tetragrammaton, an per כִּנּוּי Cognomen ejus? Respon. Textus id docet me, ubi dicit: *Et ponent nomen meum super filios Israël*, Num. 6. 27. *Nomen meum*, id est, שֵׁם הַמְיוּחָד לִי Nomen proprium meum.

In Codice Sanhedrin cap. 4. fol. 55. Blasphemans non fit reus, nisi quum expressè protulerit nomen Tetragrammaton.

In eodem libro cap. 11. fol. 90. in principio capitis: Quicunque profert Nomen Tetragrammaton per literas suas vel secundum scripturam suam, non est ipsi pars in futuro seculo. *Scholiastes ad hunc Aphorismum notat fol. 101.* Quicunque profert; *scil. extra Sanctuarium, non autem in Sanctuario. Nam sacerdotes in sanctuario benedicebant populo per Nomen istud. Vide etiam in Schevuoth fol. 36. 1.*

In Codice Abhoda sarah: cap. 1. fol. 18. editionis Venetæ: Abduxerunt R. Chaninam filium Teradjon, dicentes ipsi: Quâ ratione sic egisti in Lege? respondit ipsis: Sicut præcepit mihi יהוה Deus meus, egi. Quo audito, protinus ipsum ad combustionem damnarunt, uxorem ejus ad necem, filiam ad lupanar. Ipsum ad combustionem; propterea quòd protulerat Nomen Tetragrammaton per literas suas, ex vi decreti per Abba Schaul lati: Quicunq; protulerit Nomen Tetragrammaton per literas suas, non habebit partem in futuro seculo, &c. *Scholiastes addit, eum tenuisse quoque explicationem ejus per quadraginta duas literas, ejusq; virtute fecisse quæcunq; voluerit.*

In Sanhedrin cap. 7. fol. 66. Qui maledicit patri suo & matri

matri suæ, non fit reus, nisi quùm maledixerit ipsis per Nomen Tetragrammaton: si maledicat per cognomen, (*ut pote Schaddai, Tzebhaoth, Rachum, Channun*) Rabbi Meir ipsum condemnat; at Sapientes absolvunt.

In Codice Schabbath, cap.6. fol.63. ציץ *Bractea* erat quasi lamina quædam aurea, lata duos digitos, pertingens ab una aure ad alteram: in ea scriptum duabus lineis, Joth He Vau He, יהוה, & paulò inferius קדש לה׳, Dixit R.Elieser filius Josi: Ego vidi bracteam illam in urbe quadam, ac inscriptum ei lineâ unâ, קדש ליהוה. *Idem extat in Codice Succa, cap.1. fol.5. vide Exod.28.36.*

In Joma, fol.69.2. Et benedixit Esra Domino Deo maximo, Neh.8.7. Quid est *Maximo?* respondit Raf: Magnificavit eum per Schemhamphorasch.

In Joma cap.6. in Mischna fol.66.1. Sacerdotes & populus stantes in atrio (*in die propitiationis*) quando audiebant Schemhamphorasch exire ex ore Sacerdotis maximi, flectebant genua, incurvabant se, & procidebant in faciem suã, dicentes: Benedictum sit Nomen gloriosum regni ejus in sæculum & sempiternum.

In Joma fol.39.c.2. Eo anno quo mortuus est Schimeon Justus, prædixerat Rabbinis suis, se eo anno moriturum. Unde id scis, ajebant ipsi? respondebat: Omni die propitiationis apparuit mihi senex quidam, vestitus albis, & involutus albis vestibus, ingrediebatur mecum, & egrediebatur mecum: hodiè verò apparuit mihi senex, vestitus nigris, & involutus nigris, ingrediebatur mecum, sed non egrediebatur mecum. Post festum ergò ægrotans septem diebus, mortuus fuit. Tunc destiterunt fratres ejus

ſacerdotes benedicere per nomen illud, nempe Tetragrammaton.

*In Eruvin fol.*18.2. Ex quo vaſtatum eſt Templum ſanctum, ſufficit homini, ut uſurpet in laudibus & benedictionibus nomen duarum literarum יה. Gloſſa: Quia nomen Schemhamphoraſch non eſt datum omni homini, ſed tantùm ſacerdotibus.

In R.Chiskia, autore libri Chaskuni, legitur in Collectaneis marginalibus ad cap.3. Exodi: Nomen quatuor literarum Deus tradidit Moſi: poſtea ipſi dixit; *Ito & congregato omnes ſeniores Iſraëlis, & dic eis:* יהוה *Deus patrum veſtrorum, &c.* verſ.16. Unde diſcimus, non fuiſſe traditum ac revelatum Nomen Tetragrammaton, niſi ſenioribus iſtius ſeculi: אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה verſ.14. bis ſcriptum, אֶהְיֶה continet in numeratione 42. ad indicandum, quòd tradiderit etiam Moſi Nomen quadraginta duarum literarum: זֶה שְּׁמִי Hoc eſt nomen meum, verſ.15. זה facit 12. quo docemur, Deum docuiſſe ipſum quoque Nomen duodecim literarum.

נָוָה Inhabitavit, In habitaculo mansit: Futur. וְלֹא יִנְוֶה *Neq; in habitaculo permanet*, *Quietus residet*, *Habac.*2.5. Hiph. Futur. וְאַנְוֵהוּ *Et habitare faciam eum*, *Habitaculum constituam ei*, *Exod.*15.2. *Chaldæus*: Exstruam ei sanctuarium: *R.Salom.* Enarrabo pulchritudinem & laudem ejus, *à* נוי *Pulchritudo*, נָוֶה *Pulcher*, *ut suprà in* נָאָה.

נָוָה *f.* Habitatio, Habitatrix: Constr. נְוַת צִדְקֶךָ *Habitationem justitiæ tuæ*, *Job.*8.6. וּנְוַת בַּיִת *Et habitatrix domus*, *Psal.*68.13. *Vide & suprà in* נאה.

נָוֶה *m.* Habitaculum, *Jesa.*27.10. Caula, Pascuum: *quia ibi Caulæ fieri solent: Vide & suprà in* נאה. Constr. נְוֵה *Exod.*15.13. Aff. אֶל נָוֵהוּ *Ad caulam suam*, *Jer.*10.19. Plural. נְוֵיהֶם *Habitacula eorum*, *Jer.*49.20. Et fœm. נְוֹת *Caulæ*, *Soph.*2.6. Et ו *in* א commutato, נאת Idem, *Psal.*65.13. בִּנְאוֹת דֶּשֶׁא *In caulis herbæ*, *id est*, *herbidis*, *Psal.*23.2. *E contrario suprà in* נאה *convertitur* א *in* ו. *Vide illic.*

נוּחַ Quievit, Requievit, Quietè se continuit, Resedit: Præter. וְלֹא נַחְתִּי *Et non quievi*, *Job.*3.26.&c. Hiph. הֵנִיחַ Quiescere, Requiescere fecit, Requiem, Quietem attulit, dedit vel largitus est. *Construitur*

cum Dativo & Accusativo. Præterit. הֵנִיחַ לָכֶם *Quietem dederit vobis, Deut.*12.10. וַהֲנִחֹתִי לָךְ *Ut quietem darem tibi, Exod.* 33. 14. *&c.* Hoph. Præter. הוּנַח *Quies data fuit, Thr.*5.5.

נוֹחַ נוּחַ *masc.* Requies: Aff. לְנוּחֶךָ *In requiem tuam,* 2.*Paral.*6.41. *Forma cum Cholem ad Infinitivum Kal referri potest.*

נַחַת *f.* Quies, *Eccles.*6.5. *quod hinc significationem, sed formam habet à* יָנַח, *Vide illic.*

נִיחוֹחַ *m.* Quies, Suavitas, Gratum, Res grata, *ut Quies solet esse defessis. Tertia Radicis geminata est. Semper autem additum est nomini* רֵיחַ Odor: *Unde,* רֵיחַ נִיחוֹחַ *Odor quietis, id est, gratus, qui Deum ab ira sua Quiescere facit, Ab.Esra Gen.*8.21. Aff. רֵיחַ נִיחֹחִי *Odorem gratum meum, Num.*28.2. Plural. רֵיחַ נִיחוֹחֵיהֶם *Odores gratos suos, Ezech.*20.28. Chald. נִיחוֹחִין Res-odoris-grati, Esr.6.10. Dan.2.46.

הֲנָחָה Quies, Immunitas, *Esth.*2.18.

מָנוֹחַ מָנֹחַ *m.* Quies, Requies, Quietis-locus, *Gen.*8.9. Constr. מִמְּנוֹחַ הָאָרוֹן *A quiete arcæ, id est, ex quo quievit arca,* 2.*Paral.*6.31. Plural. לִמְנוּחָיְכִי *Ad requies tuas, Psal.*116.7. *cum Affixo forma Chaldaica.*

מְנֻחָה, מְנוּחָה *f.* Idem, *Gen.*49.15. Aff. מְנֻחָתוֹ *Requies ejus, Jesa.*11.10. Plural. עַל־מֵי מְנוּחוֹת *Ad aquas quietum, Psalm.*23.2. וּבִמְנוּחֹת שַׁאֲנַנּוֹת *Et in requiebus tranquillis, Jesa.*32.17. *id est, locis ad quietem tranquillis.*

נוט Nutavit: *Unde* Futur. תָּנוּט הָאָרֶץ *Nutet terra, Psalm.*99.1.

נול Inquinare, *apud Rabbinos: inde* Chald. נְוָלוּ *Sterquilinium*, Esr.6.11. & נְוָלִי Dan.2.5. utrumque per Apocopam literæ ה.

נוּם Dormitavit : Præter. נָמוּ *Dormitaverunt somnum suum*, *Psal*.76.6. Infinit. אֹהֲבֵי לָנוּם *Amantes dormitare*, *Jesa*.56.10. Futur. לֹא יָנוּם *Non dormitabit*, *Psal*.121.3.

נוּמָה *f*. Dormitatio, *Somnus levis*, *Proverb*.23.21. *Vide* יָשֵׁן *in* שֵׁנָה.

תְּנוּמָה *f*. Idem, *Psalm*.122.4. Plural. תְּנוּמוֹת *Dormitationes*, *Proverb*.6,10.

* נוּן · מָנוֹן *Vide infrà in* נִין.

נוּס Fugit, Aufugit, Confugit, Effugit : Præterit. וְלֹא נָס *Neque fugerat*, *Deuter*.34.7. *&c.* Hiph. הֵנִיס Fugere, Confugere fecit, Fugavit : Præterit. הֵנִיס אֶת־עֲבָדָיו *Fecit confugere servos suos*, *Exod*.9.v.20. Infinit. לְהָנִיס *Ut fugere faceret*, *Jud*.6.11. Futur. יָנִיסוּ *Fugarent*, *Deuter*.32 30. *Quæ ex Hithpahel esse possint, vide infrà in* נָסַס.

מָנוֹס מְנוּס *m*. Fuga, Effugium, Perfugium : וְאָבַד מָנוֹס *Peribitq; effugium*, *Jer*.25.35. Aff. וּמְנוּסִי *Et perfugium meum*, 2.*Sam*.22.3. Fœmin. מְנוּסָה *Fuga*, *Jesa*.52.v.12. Constr. מְנֻסַת חֶרֶב *Fugâ gladii*, *Levit*.26.36.

נוּעַ Movit sese, Motus, Commotus, Agitatus fuit, Vacillavit, Vagatus, Evagatus est, Abscessit, Recessit. Præter. נָעוּ *Vacillant*, *Jesa*.29.9. Partic. נָע וָנָד *Vagus & jactatus*, *Profugus*, *Extorris*, *Genes*.4.12. Niph. Futur. יִנּוֹעַ *Agitatur*, *Amos* 9.9. יִנּוֹעוּ *Moventur*, *Nah*.3.v.12. Hiph. הֵנִיעַ Movit, Commovit, Agitavit, Exagitavit. Præter. וַהֲנִיעוֹתִי *Et agitabo*, *Amos* 9.9. Imperat. הֲנִיעֵמוֹ *Exagita eos*, *Psalm*.59.12.

מְנַעַנְעִים *m.p.* Sistra, 2.*Sam*.6.5. *sic dicta, quòd stridulo sono ad motum & saltationem homines commovent*, *scribit Kimchi in lib. Rad. & Comment.*

נוף Stillavit, Perſtillavit, *de Liquidis*: Suffivit, Suffumigavit, *de Aridis*. Præterit. נַפְתִּי מִשְׁכָּבִי *Perſtillavi cubile meum myrrhâ, &c. Proverb.7.v.17.* Pih. נופף Agitavit: Fut. יְנֹפֵף יָדוֹ *Agitabit manum ſuam, Jeſa.10.v.32.* Hiph. הֵנִיף Stillavit, Agitavit, Ventilavit. *Sæpè autem dicitur de ſpeciali ſacrificiorum quorundam oblatione, quæ fiebat agitatione verſus Orientem & Occidẽtem, Meridiem & Septentrionem, ad oſtendendum, in quatuor mundi partibus debere ſacrificia ad laudem nominis divini offerri, ut Veteres Hebræorum Sapientes tradiderunt, Cod. Talmud. Menachoth.cap.5.fol.61,62. & Cod.Succa, cap.3. fol.37. & inde R.Sal.Exod.29.24. Interdum,* Agitare ſurſum, *unde Chaldæus per* אָרִים Elevare, *reddit. Inde Synecdochicè pro* Offerre *ſumitur*: Præterit. הֵנִיף תְּנוּפַת זָהָב *Obtulit quiſque oblationem auri Domino, Exod.35.v.22.* הֵנִיף *Agitavit Aaron, Agitando & ventilando obtulit, Lev.9.21.* וְהֵנַפְתָּ אוֹתָם *Et agitabis ea, Exod.29.24.* Futur. גֶּשֶׁם נְדָבוֹת תָּנִיף *Pluviam liberaliſſimam ſtillabis, Pſal.68.v.10.* Hoph. Præter. אֲשֶׁר הוּנַף *Quod agitatum eſt, Exod.29.27.*

נוף *m.* Tractus, Clima, *Pſal.48.3. Eſt &* Proprium nomen *urbis* Noph: *quæ* Memphis *eſſe creditur, Jeſa.19.13. & aliâs etiam* Moph *appellatur, Hoſ.9.6.* Plurale apud Rabbinos, נופות Tractus, Climata terræ.

נֹפֶת *f.* Deſtillatio, *Pſalm.19.11. Synecdochicè* Favus, *à Stillando, Prov.5.3. & 24.13. Cant.4.11.*

נָפָה *f.* Agitatio: Cribrum, *juxta Hebræos veteres, ab Agitatione ſic dictum*: Conſtr. בְּנָפַת שָׁוְא *Agitatione vanitatis, Jeſa.30.28. id eſt, Donec in vanum & nihilum abeant: Item,* Tractus, *1.Reg.4.11.* לְנָפַת *Cum tractu, Joſ.12.23.* Plural. וּבְנָפוֹת *Et in tractibus, Joſ.11.2.*

נֶפֶת *f.* Tractus, *Joſ.17.11.*

תְּנוּפָה *f.* Agitatio, Elevatio, *Jesa.*30.32. *Et specialiter* in sacrificiis Ceremoniæ genus, *ut antè in Hiphil dictum*: Constr. מִפְּנֵי תְּנוּפַת *Propter agitationem*, *Jes.*19. *v.*16. תְּנוּפֹת *Num.*18.11.

נוץ Hiph. הֵנִיץ Germinavit, Effloruit: Præterit. הֵנֵצוּ *Germinarint*, *Cant.*6.10. Fut. cum epenthesi Aleph, וְיָנֵאץ *Et effloresceret*, *Eccles.*12.5.

נִצָּה *f.* Flos, *Jesa.*18.5. Aff. נִצָּתוֹ *Florem ejus*, *Job.*15.33. Contractè, נִצָּהּ *Flos ejus*, *Gen.*40.10. *pro* נִצָּתָהּ *cui simile vide in* פנן. *Forma est à* נצץ.

נִצָּנִים *m. p.* Flores, Florentia, *Cant.*2.12. *quod formam dagessatam habet, quasi à* נצץ.

נִיצוֹץ · נִצָּצִים *Vide in* נצץ.

נור נֵר נִיר *m.* Lucerna, Lumen: 1.*Reg.*11.36. *Aliam significationem vide infrà in Radice* נִיר. Cũ Tzere, נֵר רְשָׁעִים *Lucerna improborum*, *Proverb.*24.20. Aff. נֵרוֹ *Lucerna ejus*, *Proverb.*20.20. נֵירִי *Lucerna mea*, 2.*Sam.* 22.*v.*29. Plural. נֵרוֹת *Lucernæ*: Aff. נֵרוֹתֶיהָ *Lucernas ejus*, *Exod.*39.37.

נוּר Chald. *Ignis*, Dan.7.9. Emph. נוּרָא, Dan.3.

מְנוֹרָה *f.* Lychnuchus, Candelabrum, *Exod.*25.32. Constr. מְנֹרַת זָהָב *Candelabrum auri*, *Num.*4.9. Plural. מְנֹרוֹת *Lychnuchi*, 2.*Par.*4.7.

נזד Hiph. הֵזִיד Coxit. Futur. וַיָּזֶד יַעֲקֹב נָזִיד *Et coxit Jacob coctionem, id est, pulmentum vel jusculum*, *Genes.*25.29. *pro* וַיָּזֵד.

נָזִיד *m.* Coctio, Decoctum, Jusculum, Pulmentum, Puls, 2.*Reg.*4.38.39. Constr. וּנְזִיד עֲדָשִׁים *Et jusculum è lentibus*, *Gen.*25.34.

נזה Sparsus, Aspersus, Inspersus fuit: *Vel activè*, Aspersit: Fut. וַאֲשֶׁר יִזֶּה *Et qui asperserit*, *Lev.*6. *v.*27. Per Apocop. וַיִּז *Et aspersa est*, 2.*Reg.*9.33. וַיִּז נִצְחָם

Et inspersum est robur eorum, id est, sanguis roboris, vel robustorum ipsorum, Jesa.63.3. Hiph. הִזָּה Sparsit, Aspersit, Inspersit, Perspersit: וְהִזָּה מִן־הַדָּם *Et asperget de sanguine illo, Levit.4.6.*

נָזַל Fluxit, Diffluxit, Effluxit, Perfluxit, Stillavit: Præter. *Montes* נָזְלוּ *diffluxerunt, Jud.5.5.* Et irregulariter, נֹזְלוּ *Diffluunt, Jesa.64.2.&c.* Hiph. Præter. הִזִּיל Fluere fecit, Profudit, *Jesa.48.21.*

נֹזְלִים *m.p.* Fluentes, *participialiter*, *Jerem.18.14.* *Et substantivè*, Fluenta, *Psalm.78.16.* Aff. וְנוֹזְלֵיהֶם *Et fluenta eorum, v.44.*

מַזָּלוֹת *f.* Planetæ, *quia Influxum suarum virium & qualitatum præstant inferioribus rebus*: וְלַמַּזָּלוֹת *Et planetis, 2.Reg.23.5. Sunt qui ab* אָזַל Eundo & errando, *Planetas sic dictos volunt literâ Aleph elisâ. Rabbini etiam* Duodecim signa cælestia *sic appellant; & singulariter,* מַזָּל Sydus, Constellatio. *Et* מַזָּל טוֹב Fortuna bona, *quia ex astris eam vulgò metiuntur.*

נֶזֶם *m.* Monile, Inauris, *Ornamentum frontis & aurium, Genes.24.22.* Aff. נִזְמָהּ *Inaure suâ, Hos.2.13.* Plural. וְאֶת־הַנְּזָמִים *Et inaures, quæ erant in auribus ipsorum, Genes.35.4.* Constr. וְנִזְמֵי הָאָף *Et monilia faciei, Jesa.3.21. Frontis scil. quæ baccatæ esse solent in mulieribus.*

נְזַק Chald. *Nocuit, Læsit, Damno affecit, Damnum attulit.* Particip. præsens, נָזִק Damno affectus, Daniel. 6. 2. Particip. Hiph. fœminin. מְהַנְזְקַת מַלְכִין Et damnum afferens regibus, Esræ 4. 15. Infinitiv. לְהַנְזָקַת מַלְכִין Ad nocendum regibus, vel, in damnum, quasi nomen constructum ex Infinito factum; ut sæpè vers.22. Futur. תְּהַנְזִק Damnum attuleris, v.13.

נֵזֶק *m.* Damnum, *Esth.*7.4.

נזר Separavit, Abstraxit, Avertit se: Abstinuit, Continuit se à reliqua, *ex religione, sanctimonia aut certo voto. Hinc juxta quosdam,* Præter. נָזֹרוּ *Avertunt se, Jesa.*1.4. *Ezech.*14.5. *pro* נָזֹרוּ, *quòd potiùs est Præterit. Niph. à* זור *vide illic.* Niph. Infinitiv. הִנָּזֵר *Separando me, Zachar.*7.3. Futur. וְיִנָּזֵר *Et avertet se, Ezech.*14.7. וְיִנָּזְרוּ *Ut separent se, Lev.*22.2. Hiph. Præt. וְהִזִּיר *Et separaverit, Num.*6.12. וְהִזַּרְתֶּם *Et separabitis, Lev.*15.31. Infin. לְהַזִּיר *Ad separandum se, Separatum vel Nazirœum se futurum,* Numer.6.2. Futur. יַזִּיר *Separet se, Abstineto, Num.*6.3.

נָזִיר *masc.* Naziræus, Separatus, *qui ex pio voto à certis rebus abstinet, & Deo consecratus est, Numer.*6.13. Et generaliter, נְזִיר אֶחָיו *Separati fratrum suorum, Gen.*49. *v.*26. נְזִירֶךָ *Separatæ tuæ, scil. vineæ, à qua separasti te intermittens cultum ejus, Levit.*25.*v.*5. *vel, Separationis, aut Abstinentiæ tuæ, à qua abstinuisti, Sic mox in plurali.* Plural. אֶת־הַנְּזִירִים *Nazirœos, Amos* 2.11. לִנְזִירִים *In Nazirœos, Amos* 2.11. נְזִרֶיהָ *Separatas ejus, scil. vineas, à quarum cultu abstinueras, Levit.*25.11. נְזִירֶיהָ *Nazirœi illius, Thren.*4.7.

נֵזֶר *m.* Nazireatus, *Num.*6.7. Coma, *propriè ea, à qua radenda quis abstinuit:* Aff. נִזְרֵךְ *Comam tuam, Jer.*7. *v.*29. *Item* Corona, Coronamentum, *Exod.*29.7. נִזְרוֹ *Coronamentum ejus, Psal.*89.40.

מִנְּזָרִים Coronati, Diademati: Aff. מִנְּזָרַיִךְ *Diademati tui, Nah.*3.17. *&* נ *est cum Dagesch, nec scimus ejus rationem, scribit Ab. Esra. Redundat igitur, aut ad ornatum est, ut aliâs Hebræi loqui solent.*

מַזָּרוֹת *f.* Planetæ, Signa cælestia, *Jerem.*38.32. *Idem enim plurimi esse putant cum* מַזָּלוֹת, *de quo in* נזל.

נחה Duxit, Adduxit, Abduxit, Deduxit: Præter. נָחַנִי *Deduxit me, Genes.24.27.* Imperat. נְחֵה אֶת־הָעָם *Deduc populum istum, Exod.32.34.* Hiph. Præter. הִנְחַנִי *Duxit me, Gen.24.48.*

מִנְחָה *f.* Munus, Oblatio, *ab Adducendo, ut quidam volunt, forma* מִצְוָה *Præceptum: at quia pluralem ejus absolutum Rabbini efferunt* מְנָחוֹת, *Mem cum Scheva, ideò radicale esse censetur, ad formam* גִּבְעָה, *unde* Plural. גְּבָעוֹת: *si autem* מ *esset servile, diceretur* מִנְחוֹת *ad formam* מִצְווֹת, *vide ergo illud in* מנח.

נחל Possedit, Possessor fuit vel factus est, Possessionem habuit, Possidendum accepit. *Semel,* Possidendum dedit vel distribuit, *ut Numer.34.17.* Futur. כָּבוֹד חֲכָמִים יִנְחָלוּ *Gloriam sapientes possidebunt, Proverb.3.35. In* Pih. נִחֵל Possidere fecit, Possidendum tradidit, Possessionem distribuit: Præter. אֲשֶׁר נִחַל *Quæ possidenda tradidit, Jos.13.32.* נִחֲלוּ אוֹתָם *Quæ possidenda tradiderunt illis, Jos.14.1. Reliqua, quæ hujus Præteriti formam habent, vide in* חלל. Hiph. Præterit. הִנְחַלְתִּי אֶת־אֲבוֹתֵיכֶם *Possidere feci patres vestros, Jer.3.v.18.&c.* Hoph. Præt. הָנְחַלְתִּי *Effectum est ut possideam, Job.7.v.3.* Hithp. הִתְנַחֵל Possessorem se constituit, Possessionem adiit: Præter. וְהִתְנַחֲלוּם *Et constituent se possessores eorum, Jesa.14.2.* וְהִתְנַחַלְתֶּם *Constituetis vos possessores, Levit.25.46.* Infinit. עַד־הִתְנַחֵל *Donec constituerint se possessores, Num.32.18.* Futur. הִתְנַחֲלוּ *Possessionem adibitis, Num.34.13.*

נַחֲלָה *f.* Possessio; *Semel irregulariter,* נַחֲלָת *Psal.16.6. cui simile in* זָמֵר *& in* מָנָה: Construct. נַחֲלַת שָׂדֶה *Possessionem agri, Numer.16.14.* Aff. נַחֲלָתוֹ *Possessio ejus, Deut.18.2.* נַחֲלַתְכֶם *Possessionis vestræ, Psal.105.11.* Plural. הַנְּחָלוֹת *Possessiones, Jos.19.50.*

נַחַל *m.* Vallis, Torrens, *per vallem decurrens, qui quandoq; siccari potest, quomodo à* נָהָר *differt: Et generalius,* Flumen: עַד נַחַל *Usque ad vallem,* Numer.13.24. כְּנַחַל *Tanquam torrens,* Jesa.30.28. Cum ה paragogico, נַחְלָה *Torrens,* Psal.124.4. Et cum ה locali, נַחְלָה *Ad vallem,* Num.34.5. Plural. וּנְחָלִים *Et torrentes,* Psal.78.20. Duale, נַחֲלַיִם *Torrentes duo, vel, Flumina,* Ezech.47.9. Constr. נַחֲלֵי מַיִם *Flumina aquarum,* Deut.8.7. Aff. נְחָלֶיהָ *Torrentes ejus,* Jesa.34.9.

נְחִילוֹת *f.p.* Nechiloth: *Quidam Hebræorum putant esse Nomen Instrumenti musici: Alii initium Carminis alicujus, ad cujus melodiam Psalmi decantabantur,* Psal.5.1. *Vide etiam in* חָלִל *inter Nomina.*

נחם Pih. Solatus, Consolatus est alium: Præter. נִחַם יְהוָה עַמּוֹ *Consolatus est Dominus populum suum,* Jesa.49.13. Partic. מְנַחֵם *Consolans vel Consolator,* Thren.1.2. &c. Pyh. Præter. נֻחָמָה *Consolatione affecta,* Jesa.54.11. Futur. תְּנֻחָמוּ *Consolatione perfundemini,* Jes.66.13. Niph. נִחַם Consolationẽ cepit vel admisit, Se consolatus est: *Item,* Pœnituit. *Cautè hòc Præteritum à Pihel discernendum est: Construitur absolutè & cum Præpos.* עַל *&* אֶל: Præter. נִחַם עַל *Consolationem ceperat de Amnone,* 2.Sam.13.39. *Pœnitebat,* 1.Sam.15.35. נִחַמְתִּי עַל־הַטּוֹבָה *Pœnitet me illius boni,* Jer.18.10. Hithp. Præter. וְהִנֶּחָמְתִּי *Et consolabor me,* Ezech.5.13. *pro* הִתְנַחַמְתִּי, *Sagol loco Pathach Euphoniæ causâ.* Partic. מִתְנַחֵם לְךָ *Consolaturus se de te,* Genes.27.42. Infinit. וַיְמָאֵן לְהִתְנַחֵם *Et renuit consolationem admittere,* Genes.37.v.35. Futur. וָאֶתְנֶחָם *Et me ipsum consolor,* Psal.119.52. יִתְנֶחָם *Pœnitebit ipsum,* Deut.32.36.

נֹחַם *m.* Pœnitentia, Hos.13.14.

נֶחָמָה *fæm.* Consolatio: Aff. נֶחָמָתִי *Consolatio mea,* Psal.119.50.

נִחֻמִים *m.p.* Consolationes, Consolatoria, *Zach.*1.13. *Jesa.*57.18. Aff. נִחוּמָי *Pœnitentiæ meæ, hoc est, Viscera mea pœnitentiâ commota, Hos.*11.8.

תַּנְחוּמִים *m.* Consolationes, *Jer.*16.7. Aff. תַּנְחוּמֶיךָ *Consolationes tuæ, Psalm.*94.19. Fœmin. תַּנְחוּמוֹת *Consolationes, Job.*15.11. Aff. תַּנְחוּמוֹתֵיכֶם *Consolationes vestræ, Job.*21.2.

נחץ נָחִיץ *m.* Urgens, Acceleratum, 1.*Sam.*21.*v.*8. *Chaldæus vertit*, בִּבְהִילוּ *Per celeritatem, celeriter.*

נחר נְחִירַיִם *vel dualiter* נְחִירַיִם *m.* Nares, *duo narium foramina*; Aff. מִנְּחִירָיו *E naribus ejus, Job.*41.11.

נַחַר *m.* Ronchus, *qui per nares editur*: Aff. נַחְרוֹ *Ronchi ejus, Job.*39.23. Fœmin. נַחֲרָה *Unde* Constr. נַחֲרַת סוּסָיו *Ronchus equorum ejus, Jer.*8.16.

נחש Pih. Auguratus est, Conjectavit: Expertus est, Experimento didicit, Expertum habuit, *& quasi more augurum cognovit: Descriptio augurandi, quam Kimchi in lib. Rad. adducit ex Veteribus Rabbinis extat in Cod. Talm. Sanhedr. cap.*7.*fol.*65. Præter. נִחַשְׁתִּי *Experimento didici, Gen.*30.27. Particip. מְנַחֵשׁ *Augur, Deuter.*18.10. Infinit. נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ *Experiendò experietur, Experimento certò discet, Genes.*44.5. Futur. יְנַחֲשׁוּ *Experimento discent*, 1.*Reg.*20.33.

נַחַשׁ *m.* Conjectio, Augurium: Incantatio, *Num.*23. *v.*23. Plur. נְחָשִׁים *Auguria, Incantationes, Num.*24.1.

נָחָשׁ *m.* Serpens: Constr. נְחַשׁ נְחֹשֶׁת *Serpentem æreum, Num.*21.9. Plural. נְחָשִׁים *Serpentes, Jer.*8.17.

נְחֹשֶׁת *c.* Æs, Ærugo: Cuprum, *sive* Æs Cyprium, *ab ærugine & virulentis sordibus sic dictum: & Metonymicè,* Numella, Compes *ærea: Juxta Kimchium etiam est*

Chalybs

Chalybs & Chalybeum, *etsi æris olim major usus & copia fuerit.* Aff. נְחֻשְׁתַּי *Numellam chalybeam meam*, *Thren.*1.7. Et cum Kibbutz, נְחֻשְׁתָּם *Aes eorum*, 2.*Regum* 25.13. נְחֻשְׁתָּהּ *Aerugo ejus*, *Ezech.*24.v.11. נְחֻשְׁתֵּךְ *Aerugo tua*, *Ezech.*16.36. *id est*, *Virus seu Virulentæ sordes ex assidua scortatione profluentes*, *ut ærugo ex ære.* Duale, נְחֻשְׁתַּיִם *Numellæ*, *Vincula chalybea*, *Compedes æreæ*, *Jud.*16.21.

נְחֻשְׁתָּן *m.* Nechuschtan; *quasi Aereus*, *nomen serpentis à materia sic dicti*, 2.*Reg.*18.4.

נָחוּשׁ *m.* Chalybeus, Æreus, *Job.*6.12. Fœmin. וּמִצְחֵךְ נְחוּשָׁה *Et frons tua chalybea*, *Jesa.*48.4. כַּנְּחֻשָׁה *Quasi chalybeam*, *Quasi æs*, *Levit.*26.19.

נְחָשׁ *m.* Chald. Æs, Dan.2.32. Emph. נְחָשָׁא vers.55.

נחת Descendit: *propriè Chaldæum est.* Futur. וַתִּנְחַת עָלַי *Et descendit super me*: *vel transitivè juxta quosdam*, *Descendere fecisti*, *Demisisti supra me manum tuam*, *Psalm.*38.3. Et defectivè, יֵחַת *Descendet*, *Jer.*21.13. תֵּחַת *Descendit*, *Demittit se*, *Prov.*17.10. Irregulariter cum Dagesch, יֵחַתּוּ *Descendant*, *Job.*21.13. Chald. Partic. præsens, נָחֵת Descendens, Dan.4.10. Niph. Præter. נִחֲתוּ בִי *Descendere factæ*, *Demissæ*, *Infixæ sunt in me*, *Psalm.*38.3. *Reliqua*, *quæ hinc esse possent*, *pertinent ad* חתת. Pih. Imperat. נַחֵת *Descendere fac*, *Deprime*, *Psal.*65.11. Hiph. Imper. הַנְחַת *Fac ut descendant*, *demittant sese*, *Joel.*3.11. Chald. Imperat. אֲחֵת Descendere fac, Deduc, Deporta, Esræ 5.15. Particip. מְהַחֲתִין Repositæ erant, vel Reponebant, Esræ 6.1. cum ה Characteristico, ut sæpè aliâs: Futur. תַּחֵת Et repones, Esr.6.5. Hoph. Præter. הָנְחַת Descendere factus, Depositus est, Dan.5.20.

נַחַת *m.* Descensus, *Job.*17.16. וְנַחַת *Et descensum*, *Jes.*30. *v.*30.

v.30. וְנַחַת *Et Demissum, Depositum, id est,* Ferculum, *Job.36.16. Vide etiam in* יָנַח *&* נוּחַ.

נְחִתִּים *m. p.* Demissi, *2.Reg.6.9. pro* נְחִיתִים, *ex forma Nominis participialis passivi Chaldaici. Nam de Syris propheta illic loquens, voce Syrâ utitur.*

נָטָה Inclinavit, Extẽdit se, Declinavit, Deflexit, Divertit: *Et activè,* Inclinavit, Extendit, Tetendit, Intendit: Præt. נָטִיתָ יְמִינְךָ *Extendisti dexteram tuam, Exo.15.12.* נָטָיוּ רַגְלָי *Declinaverant pedes mei, Psal.73.2.&c.* Niph. Præter. נִטָּיוּ *Extenduntur vel Extendunt se, Num.24.6.* Fut. יִנָּטֶה *Extendetur, Zach.1.16.* יִנָּטוּ *Inclinant se, Jer.6.4.* Hiph. הִטָּה Fecit aut Curavit divertere, reflectere, secedere: Advertit, Avertit, Pervertit, Inflexit, Inclinavit, Admovit. Præterit. הִטָּה אָזְנוֹ לִי *Inclinavit aurem suam mihi, Psalm.116.2.* וְעָלַי הִטָּה חֶסֶד *Et super vel erga me advertit benignitatem, Esr.7.28.* Imper. הַט *Inclina, Psal.17.6. pro* הַטֵּה *per Apocopam. Sic* Futur. תַּט *Avertas, Psal.27.9. pro* תַּטֶּה. Hophal. Particip. מֻטֶּה *Perversum, Ezech.9.9.* Plural. מֻטּוֹת *Jesa.8.8.*

מִטָּה *f.* Lectus, *sic dictus, quasi Reclinatorium, 2.Reg.4.10. Item* Feretrum, *2.Sam.3.31.* Constr. עַל־מִטַּת אִישׁ *Super lectum viri Dei, v.21.* Aff. מִטָּתוֹ *Lectum suum, 2.Reg.4. v.32.* Plural. מִטּוֹת שֵׁן *Lecti eburnei, Amo.6.4.*

מַטֶּה *c. sed m. sæpius,* Virga, Scipio, Baculus; *quasi Inclinatorium, quòd homo se in eo Inclinit, quiescendi aut sustentandi causâ: aut quòd Extendatur ad indicandum aut faciendũ aliquid: aut facilè Inclinatur: Item,* Tribus, *Metonymicè; quòd Virgâ, cui inscriptum erat cujusq; tribus nomen, significaretur, ut est Numer.17. aut quòd sit familiæ Extensio:* Constr. מַטֵּה אַהֲרֹן *Tribus Aharonis, Exod.7.12.* מַטֵּה־לֶחֶם *Scipionem panis, Lev.26.26. id est, Robur, Fulcimentum*

mentum, alendi facultas: Aff. מַטֵּהוּ *Baculum suum, Exod.*4.2. אֶת־מַטְּךָ *Baculum tuum; Exod.*8.16. Plurale cum Aff. בְּמַטָּיו *Virgis illius, Habac.*3.14. Fœm. מַטּוֹת *Virgæ, Num.*17.2. *Tribus, Num.*34.13. Aff. מַטּוֹתָם *Virgæ illorum; Num.*17.6.

מַטָּה Infrà, Infernè, Infimè, *quasi Inclinatum,* Deorsum, *Deut.*28.43. לְמַטָּה *Infernè; Jesa.*37.31. מִלְמַטָּה *Idem, Exod.*26.24.

נטל Levavit; Sustulit, Imposuit: *Construitur cum Præpositione* עַל, *& propriè Chaldaicum est.* Præter. נָטַל עָלָיו *Imposuit ei, Thren.*3.28. Particip. נוֹטֵל עָלֶיךָ *Impono vel Propono tibi, 2.Sam.*24.12. Futur. יִטּוֹל *Sublaturus esset, Jesa.*40.15. Chald. Præter. נִטְלֵת Levavi; Sustuli, Dan.4.31. Et Præter. pass. Pehil, fœmin. נְטִילַת Efferebatur; Dan.7.4. Pih. Futur. וַיְנַטְּלֵם *Et levavit eos, Jesa.*63.9.

נֵטֶל *m.* Onus; Pondus; *Prov.*27.3.

נְטִילִים *m. p.* Portatores, Bajuli: Constr. נְטִילֵי כֶסֶף *Portatores argenti; Soph.*1.11. *id est, Divites, juxta Chal.*

נטע Plantavit; Consevit: Præt. נָטַע כֶּרֶם *Plantavit vineam, Deut.*20.6. נָטַעְתָּ *Plantasti, Deut.*6. *v.*11. *&c.* Niph. Præter. נִטָּעוּ *Plantantur, Jes.*40.24.

נֶטַע *m.* Planta: Constr. נֶטַע שַׁעֲשׁוּעָיו *Planta lætitiarum ejus, Jesa.*5.7.

נָטַע *m.* Idem: כְּמוֹ־נָטַע *Sicut planta, Job.*14.9. *ubi Kametz est pro Segol propter pausam:* Aff. בְּיוֹם נִטְעֵךְ *In die plantationis tuæ, Jes.*17.11. Plural. Constr. נִטְעֵי נַעֲמָנִים *Plantas amœnitatum, Jes.*17.10.

נְטָעִים *m. p.* Plantæ, *Psalm.*144.12.

מַטָּע *m.* Planta, *Jes.*61.3. Aff. מַטָּעָהּ *Plantationis ipsius, Ezech.*17.7. Plur. Constr. לְמַטָּעֵי כָרֶם *Ad plantationes, vel, Plantaria vineæ, Mich.*1.6. Aff. מַטָּעוֹ *Plantarum ejus,*

Jes.60.21. *vel Plantarum mearum: Scribitur enim per* י, *sed legitur juxta Masorethas*, מַטָּעַי.

נָטַף Stillavit, Destillavit: Præterit. נָטְפוּ מַיִם *Stillaverunt aquas, Judicum* 5.4. Partic. præsens, נֹטְפוֹת *Stillantia*, *Cant*.5.13. Futur. תִּטֹּף מִלָּתִי *Stillabit sermo meus, Job*.29.22. *&c.* Hiph. Præteritum, וְהִטִּיפוּ *Et stillabant*, *Amos* 9.13. Partic. præsens, מַטִּיף *Stillans vel Stillator*, *quo* Propheta *illic intelligitur*, *Mich*.2.*v*.11. Imper. וְהַטֵּף *Et stilla, vel, Fac ut stillet, id est, prophetet*, *Ezech*.21.2. Futur. אַטִּיף *Stillabo, id est, prophetabo, prophetiam eloquar, Mich*.2.11. *&c.*

נָטָף *m.* Stacte, Stilla, *Exod*.30.34. Plur. Constr. נִטְפֵי מָיִם *Stillæ aquarum, Job*.36.27.

נְטִיפוֹת *f.* Myrothecidia, *Jud*.8.26. *quasi Stillatoria, aut Guttatoria dicas; Vascula scil. aurea, in quibus ponebatur* נָטָף *Stacte aut Balsamum, juxta Kimchium & Rab. Levi.* Et defectivè, נְטִפוֹת, *Jesa*.3.19. *Quidam*, Catenulas, Torques *exponunt.*

נָטַר Custodivit, Servavit, Asservavit: Præterit. נָטַרְתִּי *Custodivi, Cant*.1.6. *&c.* Chald. Præter. נִטְרֵת Servavi, Dan.7.28.

מַטָּרָה *f.* Custodia, Carcer, *Jer*.32.2. *Item* Scopus, *quasi Observationem dicas*: לַמַּטָּרָה *In scopum, Job*.16.12. Et cum א loco He, כַּמַּטָּרָא *Ut scopum, Thren*.3.12.

נָטַשׁ Dimisit, Deseruit, Permisit, Omisit: *Et quandoque intransitivè*, Extendit, Expandit: Diffudit se: Præteritum, נָטַשׁ אָבִיךָ *Omisit pater tuus*, 1.*Sam*.10.2. *&c.* Partic. Præter. נְטֻשִׁים *Dimissi, Dissiti, Diffusi erant*, 1.*Sam*.30.16. Fœm. חֶרֶב נְטוּשָׁה *Gladii dimissi, Extensi*, *Jes*.21.15. Fut. יִטֹּשׁ *Deseres*, 1.*Sam*.12.22. וַיִּטֹּשׁ *Et extendit se, Diffudit se*, 1.*Sam*.4.2. Niph. Præt. נִטְּשׁוּ *Extenderunt se, Jes*.16.8. נִטְּשָׁה *Deserta erit, Amos* 5. *v*.2. Futur,

*v.*2. Futur. וַיִּנָּטְשׁוּ *Et diffuderunt se, Judic.*15.9. Pyh. Præter. נָטַשׁ *Desertum erit, Jes.*32.14.

נְטִישׁוֹת *f.* Propagines, Sarmenta, *Jes.*18.5. *Item* Pinnæ: Cum Aff. נְטִישׁוֹתֶיהָ *Pinnas ejus, Jer.*5.10. נְטִישֹׁתַיִךְ *Propagines tuæ, Jer.*48.32. *Omnia ab Emittendo dicta, quasi Emissiones dicas.*

נִין *m.* Filius, *Job.*18.19. *Jes.*14.22. Cũ Aff. וּלְנִינִי *Et filio meo, Gen.*21.23. *Sic Chaldæus,* בַּר *Filius:* נִינָם *Filius eorum, Psalm.*74.8. *juxta Targum: R. Sal.* מושליהם *Dominatores ipsorum: Vide id in* יָנָה.

מָנוֹן *m.* Filius, *Prov.*29.21. *Hinc* Verbum *Futurum ex* Niph. יִנּוֹן שְׁמוֹ Sobolescet, propagabitur *nomen ejus, Psalm.*72.17. *quasi dicas, Filiabitur, id est, Propagabitur, sicut familia per continuam filiorum seriem & successionem propagari solet. Aben Esra,* יקרא בן Vocabitur filius: *R. Salomon,* Dominabitur, Magnificabitur. *Apud Veteres Hebræorum sapientes hoc inter Nomina Messiæ refertur, ut videre est in Cod. Talmud. Pesachim cap.*4. *fol.*59. *& Cod. Nedarim, cap.*4. *fol.*39. *& in Codic. Sanhedrin cap.*11. *fol.*98. *ubi ita scriptum:* R. Johanan dixit: Messiæ quod est nomen? Qui de Schola R. Schela, responderunt, שִׁילֹה *Schilo*, juxta illud: Donec veniat Schilo, *Gen.*49.10. qui de Schola R. Jannai, dixerunt: יִנּוֹן Jinnon, juxta illud: Jinnon est nomen ejus, *Psal.*72.17. Alii dixerunt, חֲנִינָא Chanina, juxta illud: Non dabo vobis חֲנִינָה Gratiam, *Jer.*16.13. *id est,* Messiam, qui Gratiosus vocabitur: Alii, מנחם *Menachem*, juxta illud: Longè recessit à me מְנַחֵם Consolator, *Thrē.*1.16. id est, Messias sic vocatus: Alii, חִוָּרָא *Leprosus:* juxta illud: Verè morbos nostros ipse pertulit, *Jes.*53.4. *Ibidē, cùm quidam quæsivisset, ubi esset Messias, responsum fuit:* יָתִיב אַפִּתְחָא דְרוֹמִי Sedet in portis urb. Romę,

(*sit in Veneto exemplari legitur: at in Basiliensi editione,* אפתחא דקרתא In porta Urbis, *quod synecdochicè de Roma intelligendum*) & quod est signum ejus? Sedet inter pauperes portantes morbos, *id est, leprosos, ut Scholiastes explicat: Hæc illic. Pluribus ibidem videtur, quomodo Veteres de Meßia, ejus nomine & adventus tempore, fuerint soliciti. Cum vero posteriores Judæi, prioribus illis pejores, animadvertissent, omnes terminos ab Antiquis constitutos præteriisse, neque Meßiam, qui illis quidem placeret, venisse, anathemate interdictum, ne quis tempus adventus ejus supputaret, ut paginâ præcedenti ibidem legitur:* תִּפַּח רוּחָן שֶׁל מְחַשְּׁבֵי קִצִּין Rumpatur spiritus eorum, qui supputant terminos.

ניק Hiph. הֵנִיק Lactavit: Fut. וַתְּנִיקֵהוּ *Et lactavit eum, Exod.2.9. Convenit cum* יָנַק.

ניר Hiph. הֵנִיר Novellavit, *Agrum de novo proscidit:* Imp. נִירוּ *Novellate, Jer.3.4. pro* הָנִירוּ: *Sic Hos.* 10.12. *Apud Rabbinos,* נרה שנה ראשונה Novellat anno primo; & anno secundo serit.

נִיר *m.* Novale, *Ibid. & Prov.13.23. Aliam ejus significationem vide in* נור.

נכר *masc.* Nepos: *Et collective,* Nepotes, Posteri, *Job.18.19. Jes.14.22.* Aff. וּלְנֶכְדִּי *Et nepoti meo, Genes.21.v.23.*

נכה Hiph. הִכָּה Percussit, Cecîdit: *Metaphoricè,* Propagare, Diffundere, Præt. וְהִכָּה אֶרֶץ *Et percutiet terram, Jesa.11.4.* Futurum, per Apocopam, וַיַּךְ שָׁרָשָׁיו *Et percutiet radices suas, Hos.14.6. id est, Propagabit, Diffundet. Non dißimilis usus Verbi* מָחָא *est.* Hoph. Præterit. הוּכָּה *Percussus, Cæsus fuit, Psalm.102.5.* Particip. Præt. הַמֻּכֶּה *Percußi, Num.25.14.* Constr. מֻכֵּה *Jesa.53.4.* מֻכִּים *Casi sunt, Caduntur, Exo.5.16.* Constr.

חרב

וַיַּכּוּ מַטֵּ חָרֶב *Percussi gladio*, *Jerem*.18. *v*.21. Futurum, וַיֻּכּוּ *Et cædebantur*, *Exod*.5.14. תֻכּוּ *Percutiemini*, *Jesa*.1.5. *cujus aliam significationem vide in* תָּוֶךְ. Niph. Præter. וְנִכָּה *Et percussus fuerit*, 2.*Sam*.11.15. Et ה in א commutato, נִכְּאוּ *Percussi sunt*, *Job*.38.8. Pih. Infin. נַכֵּה *Percutere*, *Num*.22.6. Pyh. Præter. נֻכּוּ *Percussa*, *Læsa erant*, *Exod*.9.32. נֻכָּתָה *Læsum*, *Percussum erat*, *Exo*.9. *v*.31.

נָכֶה *m*. Percussus, Læsus: Constr. נְכֵה רַגְלַיִם *Percussus pedibus*, 2.*Sam*.4.4. *id est*, Claudus. וּנְכֵה רוּחַ *Percussus spiritu*, *Jes*.66.2.

נֵכֶה *m*. Loripes: *quasi pedibus percussus*, Plural. נֵכִים *Loripedes*, *Claudi*, *Psal*.35.15. *Hinc & Pharao* נְכֹה *dictus*, *quòd Claudus esset*.

נְכָאִים *Vide in* בָּאָה.

מַכָּה *f*. Plaga, *Jos*.10.10. Constr. מַכַּת *Jer*.30.14. Aff. מַכָּתוֹ *Plaga ejus*, *Jes*.30.26. Plur. מַכּוֹת *Plagæ*, *Deut*.28.59. מַכּוֹתָם *Plagæ eorum*, *Psal*.64.8. Et semel masculinum, מִן הַמַּכִּים *A plagis*, 2.*Reg*.9.15.

נֹכַח Coram, Contra, E regione, Ex adverso, *habetq; vim Nominis*, *quasi partem adversam vel oppositam dicas*, *Exod*.40.24. אֶל־נֹכַח *Ad coram*, *id est*, *Versus anteriorem partem*, *Num*.19.4. לְנֹכַח אִשְׁתּוֹ *Ad coram*, *In præsentia uxoris suæ*, *Gen*.25.21. לְנֹכַח הַצֹּאן *E regione pecudum*, *Gen*.30.38. Ex alia forma est, נִכְחוֹ *E regione ejus*, *Exod*.14.2. *cujus absolutum possit esse* נֶכַח.

נָכֹחַ Æquitas, Æquitudo, Rectum: Aff. הֹלֵךְ נְכֹחוֹ *Ambulans in rectitudine suâ*, *Jes*.57.2. Plur. נְכֹחִים *Recti*, *Prov*.8.9. Fœm. נְכֹחָה *Rectum*, *Amos* 3.10. Plur. נְכֹחוֹת *Recta*, *Aequa*, *vel Aequitates*, *Jesa*.26.10.

נכל Pih. Machinatus est, Cogitavit fraudulenter & callidè: Præt. אֲשֶׁר נִכְּלוּ לָכֶם *Quas machinati*

sunt contra vos, *Num.*25 18. Hithp. להתנכל *Ut machinarentur*, *Psal.*105. 25. ויתנכלו אתו *Et machinati fuerunt contra eum*, *Gen.*37.18. *Judæi* Cogitare *vertunt*.

נוכל *masc.* Machinator, Fraudulentus, Deceptor, *Malach.*1.14.

נֵכֶל *m.* Machinatio callida, Calliditas: Plurale cū Aff. בנכליהם *Machinationibus suis*, *Num.*25.18.

נכס נְכָסִים *m.p.* Opes, Facultates, 2.*Paral.*1.11. בִּנְכָסִים רַבִּים *Cum opibus multis*, *Jos.*22.v.8. Chald. לַעֲנָשׁ נִכְסִין Mulctæ facultatum, Esræ.7.26. Construct. וּמִנִּכְסֵי מַלְכָּא Et de facultatibus Regis, Esr.6.8. *Apud Hebræos in lib.* כלי המדה *legitur: Vocantur* נְכָסִים, *ideò* שֶׁנִּכְסִים מִזֶּה וְנִגְלִין לָזֶה *Quia occultata sunt ab hoc, & retecta illi. Nam unus dives, alter pauper est.*

נכר Pih. Agnovit: Alienavit, Alienum reddidit, Alienè vel Extraneè se gessit ac ostentavit, Tradidit, *& Tradendo quasi Alienavit*. Præterit. נִכַּר אתו *Tradidit eum*, 1.*Sam.*23.7. Futur. יְנַכְּרוּ *Alienè se ostentent*, *Deut.*32.27. וַיְנַכְּרוּ *Et alienum reddiderunt*, *Jer.*19.4. לא תְנַכֵּרוּ *Non agnoscetis*, *Job.*21.29. Niph. Præt. נִכַּר *Agnitus fuit*, *Job.*34.19. לא נִכְּרוּ *Non fuerunt agniti*, *Thren.*4.8. Fut. יִנָּכֵר *Alium se similat*, *Prov.*26. *v.*24. Hiph. הִכִּיר Agnovit, Cognovit, Recognovit: Præt. לא הִכִּיר *Non agnoscit*, *Deut.*33.9. Partic. וְאֵין לִי מַכִּיר *Non est mihi qui cognoscat*, *Psal.*142.5. מַכִּירֵךְ *Agnoscens te*, *Qui te agnovit*, *Ruth.*2.19. Hithp. הִתְנַכֵּר Cognoscendum se præbuit: Extraneum egit, Alienum se finxit. Partic. fœm. מִתְנַכֵּרָה *Extraneam agat*, *Aliam se simulet*, 1.*Reg.*14.5. Futur. וַיִּתְנַכֵּר *Et alienum se finxit*, *Gen.*42.7. יִתְנַכֵּר *Cognoscendum præbet se*, *Prov.*20.11.

נֵכָר *m.* Alienus, Alienigena, *Genes.*17.12. Construct. הארץ

נְכַר־הָאָרֶץ *Alienigenarum terræ*, *Deuter.31.16. Aben Esra scribit Exod.21. Quicunque populus non est de Israel, vocatur* נֵכָר.

נֵכֶר נֶכֶר *m.* Alienatio, Alienum, *Insuetum & insolitum exitium*, *Job.31.3.*

נֹכֶר *masc.* Alienatio: Aff. בְּיוֹם נָכְרוֹ *In die alienationis ejus*, *Obad.12. Quidam*, Traditionis ejus, *& possit esse Infinitivus Kal.*

נָכְרִי *masc.* Exter, Alienus, Extraneus, Alienigena, *Exod.21.8.* Plural. נָכְרִים *Alienigenæ*, *Obad.11.* לְנָכְרִים *Ad alienigenas*, *Thren.5.2.* Fœmin. נָכְרִיָּה *Alienigena*, *Exo.2.22.* Plur. נָכְרִיּוֹת *Alienigenæ*, *Extraneæ*, *Gen.31. v.15. 1.Reg.11.18.*

מַכָּר *m.* Notus: Aff. מֵאֵת מַכָּרוֹ *A noto sibi*, *2.Reg.12.5.*

הַכָּרַת *f.* Agnitio: Constr. הַכָּרַת פְּנֵיהֶם *Agnitio vultus eorum*, *Jesa.3.9. de quo vide etiam in* הִכִּר.

נכת

נְכֹאת Aromata, *Genes.37.25. Kimchi in lib. Rad.* Res desiderabiles: *R. Mosche Sacerdos Hispanus eodem modo explicavit, citante Aben Esra: R.Sal.* Omnia collectanea aromatum vocantur נְכֹאת: *Chaldæus* שְׁעַף Cera. *Singulare est, &* א *insititium, ut liquet ex sequenti forma.* Et absq; Aleph, נכת Thesauri, Gazæ, *juxta quosdam, unde cum Aff. & habet formam, num.sing.* כָּל־בֵּית נְכֹתֹה *Totā domum gazarum suarum, seu totum gazophylacium suum*, *2.Reg.20.13. vel juxta R. Sal. Totum thesaurum aromatum suorum.*

נלה

Hiph. הִנְלָה Absolvere, Consummare, Perficere. Infinit. כַּנְּלֹתְךָ *Secundum absolvere te*, *Jes.33.1. id est*, כְּהַשְׁלִימְךָ, *juxta Ab. Esram, vel* כְּכַלּוֹתְךָ, *juxta R. Salomonem.*

מִנְלָה *m.* Perfectio, Absolutio: Aff. מִנְלָם *Perfectio eorum*, *Job.15.29. id est*, שְׁלֵמוּתָם *Status perfectus eorum.*

נמל Circumcidit, *quomodo cum* מול *convenit:* *Item*, Succisus fuit: Præter. וּנְמַלְתֶּם אֵת־בְּשַׂר *Et circumcidetis carnem præputii vestri, Gen.*17.11. Futur. יִמַּל קְצִירוֹ *Succiditur ramus ejus, Job.*18.16. יִמָּלוּ *Succiduntur, Job.*24.24. Niph. Præt. נִמּוֹל *Circumcisus fuit Abraham, Gen.*17.26. נִמֹּלוּ *Circumcisi sunt, vers.*27. Part. Plur. נִמֹּלִים *Circumcisi, Gen.*34.22.

נְמָלָה *f.* Formica, *Prov.*6.6. *ab Incidendis seminibus sic dicta*: Plur. נְמָלִים *Formicæ, Prov.*30.25.

נמר *m.* Pardus, *Jer.*5.6. Plur. נְמֵרִים *Pardi, Cant.*4.8. Chald. כִּנְמַר Sicut pardus, Dan.7.6.

* נס Chaldaicum vide in בנס : נס *in* נָסַס.

נסג Apprehendit: Futurum, לֹא יִסַּג כְּלִמּוֹת *Non apprehendet, vel, Ne apprehendat (vos) ignominia, Mich.*2.6. *juxta R.Salomon. & ס est loco ש quasi à* נָשַׂג. Hiph. הִסִּיג Movit, Amovit: Partic. מַסִּיג גְּבוּל *Movens terminum, Deut.*27.17. Plural.Constr. כְּמַסִּיגֵי גְּבוּל *Sicut qui movent terminum, Hos.*5.10. Futurum, לֹא תַסִּיג *Ne moveto, Deuter.*19.14. וְתַסֵּג *Et amovebis, Mich.*6.14. Et ס in ש *commutato*, יַשִּׂיגוּ *Movent, Job.*24.2. Hoph. וְהֻסַּג *Vide in* סוג.

נסה Tollere, Attollere: Imp. נְסָה עָלֵינוּ *Attolle super nos, Psal.*4.7. Fut. הֲנִסָּה דָבָר *An proferemus verbum, Job.*4.2. *Idem est cum* נָשָׂא, *commutatis duabus literis.* Pih. נִסָּה Tentavit, Probavit, Expertus fuit, Periculum fecit: נִסָּה *Tentaverat Abrahamum, Gen.*22.1. לֹא נִסָּה *Non expertus fuerat*, 1.*Sam.*17.39.

מַסָּה *f.* Tentatio, Probatio: Est & Proprium nomen loci illius, ubi tentarunt Dominum Israelitæ, *Exod.*17.7. Construct. לְמַסַּת נְקִיִּים *Ad probationem innocentium, Job.*9.23. Plural. הַמַּסֹּת *Tentationes, Probationes, Deut.*7.19.

נסח Amovit, Avulsit, Evulsit: Exstirpavit: Futur. יִסַּח *Evellit, Prov.*15.*v.*25. וְיִסָּחֲךָ *Et avellet, Amovebit te, Psalm.*58.*v.*7. Et passive, יִסְחוּ *Avellentur, Prov.*2.22. Niph. Præt. וְנִסַּחְתֶּם *Et evellemini, Deut.*28. *v.*63. Chaldaicè, Futurum Ithpeh. יִתְנְסַח Avellatur, Esr.6.11.

מַסָּח *m.* Evulsio: *Et custodietis custodiam domus* מַסָּח *ab evulsione, pro* מִמַּסָּח 2.*Reg.*11.6. *id est, ne aliqua evulsio, destructio, ruptura aut damnum domui inferatur, ut Kimchi explicat in Com.*

נסך Fudit, Effudit, Perfudit, Libavit: Inunxit, *affundendo scilicet.* Præterit. נָסַכְתִּי מַלְכִּי *Inunxi regem meum, Psal.*2.6. *Metonymicè,* Expandere, Obtegere, Obducere, *cùm de aridis dicitur: Convenit cum* סכך *&* סוך, *quorum significata hic accommodantur:* Partic. Præter. הַנְּסוּכָה *Expansum, Obductum, Jes.*25.7. Infin. וְלִנְסֹךְ *Et ad obducendum, Jes.*30.1. Niph. Præter. נִסַּכְתִּי *Inuncta sum, Prov.*8.23. Pih. Futur. וַיְנַסֵּךְ *Sed effudit, Libavit,* 1.*Par.*11.18. Chald. Infinit. לְנַסָּכָה Ad libandum, Dan.2.46. Hiph. וְהִסְּכוּ *Et libaverunt, Jer.*32. *v.*29. Infin. וְהַסֵּךְ *Et libandum, Jer.*7.18. Imp. הַסֵּךְ *Libato, Num.*28.7. Futur. וַיַּסֵּךְ *Et libavit sive fudit, Gen.*35. *v.*14. Hoph. Futur. יֻסַּךְ, *Vide in* סָכַךְ.

נֵסֶךְ נֶסֶךְ *m.* Fusio, Fusile: Libamen; Tegumentum: נֶסֶךְ *Fusionem, Genes.*35.14. וְנֶסֶךְ *Et libamen, Exod.*30.9. הַנָּסֶךְ *Tegumenti, Numer.*4.7. Aff. וְנִסְכִּי *Et fusile meum, Jesa.*48.5. Plur. וּנְסָכִים *Et libamina, Levit.*23.37. Aff. וְנִסְכֵּיהֶם *Et libamina eorum, Num.*6.15. וְנִסְכֶּיהָ *Et libamina ejus, Num.*29.31. Chald. cum Aff. וְנִסְכֵּיהוֹן Et libaminibus eorum, Esr.7.17.

נָסִיךְ *m.* Libamen: Aff. נְסִיכָם *Libaminis eorum, Deut.*32. *v.*38. Plur. נְסִיכִים Principes, Præfecti, Toparchæ,

q. *Inuncti dicti*: Const. נְסִיכֵי *Jos.*13.21. Aff. כָּל־נְסִיכֵימוֹ *Omnes principes eorum*, *Psal.*83.12.

מַסֵּכָה f. Fusura, Fusio, Fusile: Tegumentum, Stragula: מַסֵּכָה *Fusile*, *Deuteron*.9.v.12. וְהַמַּסֵּכָה *Et operimenti istius*, *Jes.*25.7. Construct. מַסֵּכַת זְהָבֶךָ *Fusilis auri tui*, *Jesa.*30.22. Plur. מַסֵּכוֹת *Fusilia*, *Fusiles imagines*, 2.*Paralip.*28.2. מַסֵּכֹתָם *Fusionum vel Fusurarum eorum*, *Numer.*33.52.

מַסֶּכֶת f. Jugum textoris, Liciatorium, *Jud.*16.13. *sic dictum*, *quòd Tegatur telâ circumvolutâ*.

מִמְסָךְ m. Libamen, *Jesa.*65.11.

נסן נִיסָן m. Nisan, *nomen mensis Martii*, *Nehem.*2. v.1. *qui primus factus Hebræis ratione anni legalis*, *Exod.*12.2. *Unde ibidem v.*18. *ubi in Hebræo est* בָּרִאשׁוֹן *In primo mense*, *ibi Targum* בְּנִיסָן *In Nisan*. *Prius* אָבִיב *dicebatur*, *Exo.*13.4. *Hinc* בָּרִאשׁוֹן, *Targum* בְּנִיסָן, *Exo.*12. v.18. *Initium habet à Novilunio Martii*, *cui majori ex parte respondet*.

נסס Vexillum erexit: *Nomen participiale*, נוֹסֵס Vexillum ferens, Signifer, *Jes.*10.18. Pih. Præterit. נוֹסְסָה בוֹ *Vexillum erexerit*, *Vexillo erecto irruerit aut incurrerit in eum*, *Jesa.*59.19. *Quidam* Fugaverit, *&* *tùm est à* נוס Fugit. Hitph. מִתְנוֹסְסוֹת Pro vexillis erunt, Tanquam vexilla erecta erunt, *Zachar.*9.16. *quasi dicas Vexillata*. Infin. לְהִתְנוֹסֵס *Ad vexillandum*, *Vexillo utendum*, *Psalm.*60.6.

נֵס m. Vexillum, Signum militare, vel prodigiosum, Pertica militaris: עַל־נֵס *Super perticam vexillarem*, *Numeror.*21.8. לְנֵס *In signum*, *Num.*26.10. *exemplum scilicet omnibus Propositum*, *ut erectum Vexillum*: Affix. נִסִּי *Vexillum meum*, *Exod.*17.15.

נסע Profectus est, Recessit, *Genes.*33.17. נָסְעוּ *Profecti sunt*, *Genes.*37. *v.*17. Infinit. וַיְהִי בִּנְסֹעַ *Et fuit in proficiscendo*, *Numer.*10. *v.*35. *Notandum, in hoc Verbo literam* נ *inversè scribi, hoc modo* בִּנְסֹעַ. *Mox versu primo capitis sequentis, similiter invertitur in voce* כְּמִתְאֹנְנִים *Sicut murmurantes, quiritantes. Causam saniores notant, priori Nun inverso significatam fuisse benevolam Dei conversionem ad populum: altero impiam populi aversionem à Deo, murmurando contra ipsum. Vide Talmud de Sabbatho, fol.*116.1. Niph. Præter. דּוֹרִי נִסַּע *Habitatio mea transfertur à me, Jesa.*38.12. נִסַּע יִתְרָם *Transfertur excellentia eorum, Job.*4. *v.*21. Hiph. הִסִּיעַ Proficisci fecit vel jussit, Amovit vel Amoveri jussit, Transtulit, Impulit, Avexit, Devexit: Particip. מַסִּיעַ אֲבָנִים *Amovens, Transferens lapides, Eccles.*10.9. Futur. יַסַּע *Impulit, Psal.*78.26. תַּסִּיעַ *Transtuleras, Psal.* 80. *v.*9. וַיַּסִּעוּ *Et devexerunt*, 1.*Reg.*5.17. תַּסִּיעִי *Amoveri jubeto*, 2.*Reg.*4.4.

מַסָּע *m*, Profectio, Advectio, Iter, 1.*Reg.*6.8. Telum, Missile, *à celeri Profectione seu Translatione dictum, Job.*41.17. לְמַסַּע *Ad profectionem, id est, ad proficiscendum, Deuteron.*10.11. *& sic* וּלְמַסַּע *Et ad profectionem, id est, facere proficisci, Num.*10.2. Plural. Construct. מַסְעֵי *Profectiones, Numer.*10.28. Affix. לְמַסָּעָיו *Profectionibus, Itineribus suis*, *Genes.*13.3. מַסְעֵיהֶם *Profectionibus suis*, *Exod.*40.36.

סָעָה *f.* Profectio: מֵרוּחַ סֹעָה *A vento profectionis, Psal.*55. *v.*5. *id est, rapidissimo, cujus impetu omnia dispelluntur, Proficiscuntur & Transferuntur è loco suo.*

נסק Scandit, Ascendit: Futur. אִם אֶסַּק *Si scanderem*, *Psalm.*139.8. Chald. Præt. Aphel, הַסִּקוּ Ascendere fecerant, id est, Adduxerant vel Intruserant,

ferant, Dan.3.22. Infinit. לְהַנְסָקָה Educere, Dan.6.23. Hoph. Præter. וְהֻסַּק Et eductus est, ibid.

נעל Clausit, *serâ scil. vel pessulo*, Obseravit, Pessulum obdidit: Calceavit: Præter. וְנָעַל הַדֶּלֶת *Et pessulum obdidit januæ*, 2.*Samuel*.13.18. Futur. וָאֶנְעָלֵךְ *Et calceavi te*, *Ezech*.16.10. Hiph. Futur. וַיַּנְעִלוּם *Et calcearunt ipsos*, 2.*Paral*.28.15. Chaldaicum הַנְעֵל vide in עלל.

נַעַל *f.* Calceus, Calceamentum, *Gen*.14.23. Aff. נַעֲלִי *Calceum meum*, *Psal*.60.10. נַעַלְךָ *Calceamentum tuum*, *Jos*.5.15. Dual. נַעֲלַיִם *Par-calceorum*, *Amos* 2.6. Plural. בַּנְּעָלִים *Cum calceis*, *Jes*.11.15. Aff. נְעָלָיו *Calceorum ejus*, *Jes*.5.27. נַעֲלֵיכֶם *Calcei vestri*, *Exo*.12.11. *Et* formâ fœm. נְעָלוֹת *Calcei*, *Jos*.9.5.

מַנְעוּל *m.* Pessulus, Sera, *Cant*.5.5. Plur. מַנְעֻלָיו *Seras ejus*, *Nehem*.3.3.

מִנְעָל *mas.* Calceus: Aff. מִנְעָלֶךָ *Calceamentum tuum*, *id est*, *Calcatio tua*, *aut*, *sub calceo tuo*, *Deut*.33.25.

נעם Amœnum, Jucundum esse: Præter. נָעַמְתָּ לִּי *Jucundus fuisti mihi*, 2.*Sam*.1.26. נָעֵמוּ *Amœni fuerunt*, *Psal*.141.6. כִּי נָעֵמָה *Quòd amœna esset*, *Gen*.49.15. וּמַה־נָּעַמְתְּ *Et quam amœna, jucunda es*, *Cant*.7.6. Futur. יִנְעָם *Jucunda erit*, *Prov*.2.10.

נָעִים *m.* Amænus, Jucundus, *Psal*.81.3. *Et substantivè*, Amænum, Jucundum, Jucunditas, *Prov*.22.18. Const. וּנְעִים זְמִרוֹת *Et jucundus cantionibus*, 2.*Sam*.23.1. Plur. דְּבָרֶיךָ הַנְּעִימִים *Verba tua jucunda*, *Proverb*.23.8. Plur. fœm. נְעִימוֹת *Amæna res, vel, Amœnitates*, *Psal*.16.11.

נֹעַם *m.* Amænitas, Jucunditas, *Psal*.90.17.

נַעֲמָנִים *m. p.* Amæna, *Amœni fructus vel flores*, *Jes*.17.10.

מַנְעַמִּים *m. p.* Res amænæ: Aff. בְּמַנְעַמֵּיהֶם *Rebus amœnis vel jucundis eorum*, *Psal*.141.4.

נעץ נַעֲצוּץ *m.* Vepretum, Virgultum; *Jesa.*55.13. Plur. נַעֲצוּצִים *Virgulta*; *Jesa.*7.19. *Elias à Chaldæo* נְעַץ Infigere, *deducit*, *& Vepretum vel Vepres sic dicuntur*, *quòd contrectatæ carni Infigantur.*

נָעַר Excussit: Rudit; *Asinorum proprium Verbum: unde* חֲמוֹר נוֹעֵר Asinus rudens, *apud Rabbinos. Metaphoricè tribuitur Catulis Leonum, qui ob imperfectum rugitum quasi Rudere dicuntur.* Præter. חָצְנִי נָעַרְתִּי *Lacertum meum excussi*; *Neh.*5.13. נָעֲרוּ *Rudebant*; *Jer.*51. *v.*38. Partic. וְנֹעֵר *Et excutit*; *scilicet, fructus suos*, *Vastus est*, *vel Rudit*; *Jesa.*33.9. Niph. Præter. נִנְעַרְתִּי *Excussus sum*; *Psal.*109.23. Futurum; וְאִנָּעֵר *Et excutiam me*; *Jud.*16.20. וְיִנָּעֲרוּ *Et excutiuntur*, *Job.*38.13. Pih. Præter. וַיְנַעֵר *Et excussit*, *Psal.*136.15. Futur. יְנַעֵר *Excutiat*; *Nehem.*5.13. Hithp. Imperat. הִתְנַעֲרִי *Excute te-ipsam*; *Jesa.*52.2.

נַעַר *m.* Puer, Puerulus, Infans, *dictus quasi* נִנְעַר *Excussus ex utero materno: Latè deinceps usurpatur*: Infans recens natus, *Jud.*13.7. Trimestris, *Exo.*2.6. Adolescens; *Gen.*34.19. Puer ministrans sive famulus; *Gen.*37.2. & 41.12. *Exod.*33.11. Puer ratione judicii; *Jer.*1.6. ratione animi, 2.*Par.*13.7. *quomodo etiam* Principes Pueri *appellantur*, *Jes.*3.4. Agnellus, Pecus tenellũ, *Zach.*11.16. Aff. נַעֲרוֹ *Puer ejus*, *Jud.*7.11. נַעַרְךָ *Puer tuus*, *Jud.*7.10. Plur. נְעָרִים *Pueri*, 2.*Sam.*18.15. Const. נַעֲרֵי *Pueri*, 1.*Sam.*25.9. Aff. נְעָרָיו *Pueros suos*, *Gen.*22.3. נַעֲרֵיהֶם *Pueri eorũ*; *Neh.*5.15. Fœm. נַעֲרָה Puella, *tam ætate quàm ministerio*, *ut* Juvencula, Adolescentula, Pedissequa, Ministra: הַנַּעֲרָה *Puellæ*, *Deut.*22.19. *aliàs semper in Mose absque* ה *in fine scribitur*; *ut* הַנַּעַר *Puella*; *Gen.*24.14. *de quo vide Talm. Kethubh.fol.*44.2. Plur. נְעָרוֹת *Puellas*; *Esth.*2.2. Constr. נַעֲרוֹת *Puellæ*, *Esth.*4.4. Aff. נַעֲרֹתָיו *Puellis ejus*, *Ruth.*2.22.

נער

נער *m.* Pueritia, Infantia: Juventus, Adolescentia: Concussio, Excussio. בַּנֹּעַר *In juventute ista, vel, cum juventa ista, Job.*36.14. מִנֹּעַר *A' pueritia, vel, Præ concussione, Psalm.*88.16.

נְעוּרִים *f. p.* Pueritia, Adolescentia: *Jesa.*54.6. Aff. בִּנְעוּרָיו *In pueritia sua, Thren.*3.27. נְעוּרֶיךָ *Adolescentiæ tuæ, Mal.*2.15. Et formâ fœm. מִנְּעוּרֹתֵיהֶם *Inde à pueritia sua, Jerem.*32.30.

נְעֹרֶת *f.* Stupa, *quòd ex lino Excussa:* הַנְּעֹרֶת *Stupæ, Jud.* 16.9. לִנְעֹרֶת *In stupam, Jesa.*1.31.

נפח Spiravit, Flavit, Efflavit, Perflavit, Sufflavit: Præt. וְנָפַחְתִּי *Et sufflabo, Ezech.*22.21. Pyh. Part. נָפֻּחַ *Sufflatus, Job.*20.26. Hiph. Præt. הִפַּחְתִּי *Spirare fecerim, Anhelantē reddiderim, id est, defatigaverim, Job.*31.39. וְהִפַּחְתֶּם *Et difflatis, flatu dispellitis, Mal.*1.13.

מַפֻּחַ *m.* Follis, *q. d. Sufflatorium, Jerem.*6.29.

מַפַּח *m.* Exspiratio, *Job.*11.20.

נֹפֶךְ *m.* Chrysoprasus, gemmæ species, *Exod.*28. *v.*18. *Onkelos*, Smaragdum *reddit*.

נפל Cecidit; Dejecit vel Demisit se, Accidit: Concidit, Decidit, Excidit, Incidit, Procidit, Defecit, Ruit, Corruit, Irruit. Præter. נָפַל *Procidit*, 2.*Sam.*19.18. *&c.* Chald. Præter. נְפַל Procidebat, Dan.2.46. נְפַלוּ Ceciderunt, Dan.3.23. Particip. נָפְלִין Procidentes, Dan.3.7. Futur. יִפֵּל Prociderit, Dan.3. v.6. Acciderit, Esr.7.20. תִּפְּלוּן Prociditote, Dan.7. v.5. Hiph. הִפִּיל Fecit, Effecit aut sivit cadere vel decidere, Dejiciendum curavit, Abjecit, Dejecit, Ejecit, Injecit, Projecit, Prostravit. Præterit. הִפִּיל פּוּר *Jussit conjici Pur, id est sortem, Esth.*3.7. הִפַּלְתִּי *Feci ut caderent, Jos.*23.4. Hitph. הִתְנַפֵּל Proruere, Prosternere se. Præter. הִתְנַפַּלְתִּי *Prorui, Prostravi me, Deu-*

ter.

ter.9.25. Partic. מִתְנַפֵּל *Prosternens se*, *Esr*.10.1. Infin. לְהִתְנַפֵּל *Ut irruat in nos*, *Gen*.43.18. Futurum, וָאֶתְנַפֵּל *Et prorui*, *Deut*.9.25.

נֵפֶל *m*. Abortus, Abortivum; *quasi Cadivum dicas*: כְּנֵפֶל טָמוּן *Quasi abortus abditus*, *Job*.3.16.

נְפִילִים ; נפלים *m. p*. Gigantes; *Genes*.6.4. *Numer*.13.34. *sic dicti*; *quasi Dejectores, quòd immani suâ proceritate homines Cadere facerent, ut scribit Aben Esra: vel quasi Defectores, quòd per impietatem à Deo deficerent: vel quasi Irruptores, quòd violenter in homines irruerent; eosq; opprimerent*.

מַפָּל *m*. Quisquiliæ: Deciduum, *Amos* 8.6. Plur. Construct. מַפְּלֵי בְשָׂרוֹ *Decidua carnis ejus*; *Job*.41.14. *R Levi scribit, esse partes carnis dissilientes & separatas ab invicem, ut majorum piscium caro: Tori, Musculi*.

מַפֵּלָה מפלה *f*. Cadivum; Cadaver: Casus; Ruina: לְמַפֵּלָה *In ruinam*; *Jesa*.23.13. Constr. מַפֶּלֶת הָאַרְיֵה *Cadaver leonis*, *Jud*.14.8. Affix. מַפַּלְתּוֹ *Cadivum ejus, id est; cadivum truncum ejus*, *Ezech*.31.13. מַפַּלְתֵּךְ *Casus tui*; *Ezech*.32.10.

נפץ Sparsus, Dispersus fuit: Præterit. נָפֹץ הָעָם *Dispergeret se, vel, Dispergeretur populus*, 1.*Sam*.13. v.11 נָפֹצוּ *Disperguntur*, *Jesa*.33.3. נָפְצָה *Dispersit se*; *Genes*.9.19. Particip. נָפוּץ *Dispersum*, *Jer*.22.28. Plural. וּנְפֻצוֹת *Et dispersas*, *Jesa*.11.12. Et activè; Infin. וְנָפוֹץ *Et comminuendo; Collidendo in partes; scil. quæ hinc inde disperguntur*; *Jud*.7.19. Pih. נִפֵּץ Dispersit; Dissipavit: Præter. וְנִפֵּץ *Et dissipet, allidendo scil*. *Psal*.137.9. Pyh. Partic. מְנֻפָּצוֹת *Dissipatos*; *Jesa*.27.9.

נֶפֶץ *m*. Dispersio; *Jesa*.30.30.

מַפֵּץ *m*. Malleus, *maximè bellicus verutus, quo equites utebantur ad pertundenda arma inimicorum*, *Jer*.51.20.

מַפָּץ *m.* Dissipatio : Affix. מַפָּצוֹ *Dissipationis suæ*, *Ezech.* 9. *v.* 2.

נפק Chald. *Egressus fuit*, *Prodiit* : Præterit. נְפַק Egressus erat; Dan. 2. v. 14. נִפְקַת Egressa erat, versi. 13. נְפַקוּ Egressi sunt : Dan. 5. 5. quod juxta vocales legitur נִפְקָה ex tertia Plur. fœmin. propter Nomen subsequens. Particip. וְנָפֵק Et prodibat, Dan. 7. 10. Plural. נָפְקִין Egrediebantur; Dan. 3. v. 26. Imper. פֻּקוּ Egredimini; Dan. 3. 26. *Aphel* Præt. הַנְפֵּק Exportavit, Dan. 5. 2. & Esr. 5. 14. הַנְפִּקוּ Exportaverant; Dan. 5. 3.

נִפְקְתָא ; נִפְקָא *f.* Chald. *Sumptus*, *Impensa*, *Esr.* 6. 4.

נפש *c. sed f. sæpius*, Anima, Animus, Mens : Vita, Corpus animatum, Halitus : *Item*, Anima concupiscens; Concupiscentia, Appetitus, *Prov.* 23. 2. *Denique per Catachresin*, Cadaver, Corpus exanime; *ut Hag.* 2. 14. *Lev.* 19. 28. & 21. 1. *Num.* 5. 2. & 9. 6. Aff. נַפְשׁוֹ *Halitus ejus*, *Job.* 41. *v.* 12. Plural. masc. semel tantum, אֶת־נְפָשִׁים *Animas*; *Ezech.* 13. 20. Fœm. נְפָשׁוֹת *Animæ*, *Exo.* 12. 4. Const. נַפְשׁוֹת בֵּיתוֹ *Animas domus suæ*, *Gen.* 36. *v.* 6. Aff. לְנַפְשׁוֹתָם *In animas ipsorum est*, *Prov.* 1. 18. *Hinc* Verbum *in* Niph. *pro* Respirare : Futur. וַיִּנָּפֵשׁ *Et respiret*, *Recreet se*; *Exod.* 23. 12.

נֶפֶת נָפָה ; *Vide in* נוף.

נץ *m.* Accipiter; *Job.* 39. 26. *avis calidam regionem amans*, *meridiem versùs alas expandens*, *scribit Ab. Esra.* *Kimchi in Lib. Radicum notat*, *posse deduci à* נצה, *quòd potens sit ad Volandum.*

* נצא *Vide mox infrà in* נצה.

נצב נְצִיב *m.* Statua, *Gen.* 19. 26. Statio, Stationarii milites, 1. *Sam.* 13. 3. Sitarchus, *præfectus annonæ regiæ*, 1. *Reg.* 4. 19. וּנְצִיב *Et statio*, 1. *Paral.* 11. 16. Plurale,

rale, נציבים *Stationarii*, 2.*Sam*.8.6. *Affine est Verbo* יצב.

נצב, מצב מצבה יצב *Vide in* יצב.

נִצְבָּא *f.* Emph. נִצְבְתָא Chald. *Firmitas*, *Durities*, Dan.2.41. juxta Aben Esram & R. Saadiam.

נצה Volare, Avolare: *item*, Vastari, Destrui, *ex usu Chaldaico*. Præter. נָצוּ *Avolant*, *Thr*.4. *v*.15. Infinit. נָצֹא תֵּצֵא *Avolando exibit*, *Jer*.48.9. *ubi* א *est loco* ה: *Kimchi in Comment. etiam* תצא *hinc deducit*, *pro* תצא *sive* תֵּצֶה Avolabit. *Ex altera significatione*, Futur. תִּצֶּינָה *Vastabuntur*, *Destruentur*, *Jer*.4.7. *R. Mosche Kimchi*, *Pater R. Davidis*, *exponit*, Florebunt, Germinabunt, *à* נוץ; *Vastata scilicet gramen producent*. Niph. נִצָּה Contendere, Rixari, Certare, Concertare, Vastari: Particip. נִצִּים *Contendentes*, *Exod*.2.13. גַּלִּים נִצִּים *In acervos vastos*, 2.*Reg*.19.25. Futur. וְכִי יִנָּצוּ *Et quum certaverint*, *Exod*.21.22. Hiph. הִצָּה Certare, Rixas movere. Præter. הִצּוּ *Rixas moverunt*, *Num*.26. *v*.9. Infin. בְּהַצֹּתָם *Cum rixas movissent ipsi*, *Ibid*. בְּהַצּוֹתוֹ *Cum certaret*, *Psal*.60.2.

נצה *f.* Pluma, Pennæ, *quasi Volatum dicas*, *Ezech*.17.7. Aff. בְּנֹצָתָהּ *Cum plumis ejus*, *Lev*.1.16. *Chaldæus*, בְּאוּכְלֵיהּ Cum cibo ejus, *& R. Salom. Jarchi*, עִם בְּנֵי מֵעֶיהָ Cum visceribus ejus, *sive sordibus in ingluvie ac visceribus contentis*: וְנֹצָה *Et pluma*, *Job*.39.13. *Vel juxta quosdam*, Struthiocamelus, *quasi Pennatus dictus*, *Job*.39.16.

צָעַק Clamavit, Inclamavit, Exclamavit, Vociferatus est: Præt. צָעַק *Inclamavit, 1. Reg. 20. v. 39. &c.* Niph. Fut. וַיִּצָּעֵק *Et convocatus est, Jud. 7. 23.* וַיִּצָּעֲקוּ *Et convocati sunt, Jud. 10. 7.* Pih. Particip. מְצַעֵק *Clamans, 2. Reg. 2. 12.* Hiph. Futur. וַיַּצְעֵק *Et convocavit, 1. Sam. 10. 17.*

צְעָקָה *f.* Clamor, *Gen. 27. 34.* Constr. צַעֲקַת, *Exod. 3. 9.* Aff. צַעֲקָתוֹ *Clamorem ejus, Exod. 22. 23.*

צָעַר Minui, Diminui, Exiguum fieri: Fut. יִצְעָרוּ *Exigui fient, Jer. 30. 19.*

צָעִיר *masc.* Parvus, Exiguus, *qualitate & quantitate:* וְרַב יַעֲבֹד צָעִיר *Major serviet minori, Gen. 25. 23.* Aff. צְעִירוֹ *Natu-minimi sui, 1. Reg. 16. 34.* Plur. צְעִירִים *Minores, Job. 30. 1.* Constr. צְעִירֵי הַצֹּאן *Minores pecorum, Jer. 49. v. 20.* Aff. צְעִירֵיהֶם *Minimos suos, Jer. 14. 3.* Fœm. צְעִירָה *Minor-natu, Gen. 19. 31. Et substantivè,* Minorennitas: Aff. כִּצְעִרָתוֹ *Secundum minorennitatem; id est, minorem ætatem suam, Gen. 43. 33.*

צֹעֲרִים *m. p.* Parvuli, *Zach. 13. 7.*

מִצְעָר *masc.* Perexiguum, Res perexigua, Paucitas, *Genes. 19. 20. Est & Nomen proprium montis,* Mitzhar, *Psal.*

*Psal.*42.7. לְמִצְעָר *Ad minimum usq;, vel, Ad modicum & exiguum tempus, Jesa.*63.18. בְּמִצְעַר אֲנָשִׁים *In paucitate hominum*, 2.*Par.*24.24.

מִצְּעִירָה *f.* Perparvum, *Dan.*8.9. *cum Dagesch redundante*; *&* מ *Heemantico, juxta Hebræos.*

צפד Adhærere, Cohærere, Concretum esse: Præter. צָפַד עוֹרָם *Cohæret vel concreta est cutis ipsorum*, *Thren.*4. *v.* 8.

צפה Speculatus est, Exspectavit speculando, Exploravit, Observavit: Partic. צֹפֶה *Speculans Speculator*, *Ezech.*3.17. Plur. צֹפִים Nomen proprium loci, *Num.*23.14. *&* 1.*Sam.*1.1. Speculatores, *Jer.*6.17. Fœm. צֹפִיָּה *Speculatur*, *Prov.*31.27. Partic. Præt. וְצָפוּ (*legendum* וְצָפוּי) *Et exploratur*, *Job.*15.22. Infinit. loco Imper. צָפֹה *Speculare*, *Jes.*21.5. Futur. per Apocopā, יִצֶף *Speculetur*, *Gen.*31.49. Pih. צִפָּה Idem; Obtexit, Obduxit; Præterit. צִפָּה זָהָב *Obduxit auro*, *Exod.*36.34. צִפִּינוּ *Speculamur*, *Thren.*4.17. Pyh. Particip. מְצֻפֶּה *Obducta*, *Prov.*26.23.

צִפּוּי *m.* Obductio, Tectorium, *Num.*17.3.4.

צֶפֶת *f.* Coronamentum, *ab Obtegendo*, 2.*Par.*3.15.

צְפִיָּה *f.* Speculatio: Aff. בְּצִפִּיָּתֵנוּ *In speculatione nostra*, *Thren.*4.17.

צָפִירת *f.* Idem, *Jesa.*21.5. *vel Specula.*

צָפָה *unde* צָפְתָךְ *quod vide in* צוּף.

מִצְפָּה *m.* Specula, *Jesa.*21.8. Constr. אֶת־מִצְפֵּה *Mitzpe Gilhad*, *Nomen proprium loci*, *Jud.*11.29.

מִצְפָּה *f.* Specula, *sed sumitur ut Nomen proprium*, *Genes.*31. *v.*49.

צַפְצָפָה *f.* Speculatio, Circumspectio accuratissima: *& per subauditam Præpositionem* ב *est Adverbium*, Circumspectissime, *Ezech.*17.5.

צפצף

צִפְצֵף *Vide infrà in* צפף.

צפח צַפַּחַת *fœm.* Ampulla, Lecythus: צַפַּחַת הַמַּיִם *Ampullam aquæ*, 1.*Sam*.26.11. צַפַּחַת הַשֶּׁמֶן *Lecythus olei*, 1.*Reg*.17.14.

צַפִּיחִת *f.* Laganum, Placenta vel Crustula mellita, *Exod*.16.31.

צפן Abscondit, Recondidit, Reposuit: *Quandoque*, Abscondit se, Delituit: Præterit. צָפַן רוּחַ *Abscondit ventum*, *Prov*.27.16. צָפַנְתָּ *Recondis*, *Psal*.31.20. Futur. נִצְפְּנָה *Abscondamus nos*; *Prov*.1.11. יִצְפֹּנוּ *Delitescunt*, *Psal*.10.8. Niph. Fut. נִצְפַּן *Abdita est*; *Jer*.16.27. נִצְפְּנוּ *Reconditi sunt*, *Job*.15.20. Hiph. Infin. הַצְפִּינוֹ *Abscondere illum*, *Exod*.2.3.

צָפוֹן *f.* Septentrio, Aquilo, *Plaga mundi septentrionalis*, *quasi Abdita dicta*, *nempe à sole*, *qui ad eam non accedit*. *Unde R. Bechai scribit Deuter*.3.23. נקרא צפון על שם שהשמש צפון ומתעלם שם Vocatur *Tzaphon*, quia sol abditus & absconditus est illic, *Exo*.26.20. צָפוֹנָה *Versus aquilonem*, *Ezech*.47.17. Constr. מִצְּפוֹן *Ab aquilone Hai*, *Jos*.8.11. מִצְּפוֹנָה *Ab aquilone*, *Jud*.21.19.

צְפוֹנִי *m.* Aquilonaris, *Joel*.2.20. Et gentilitium, צְפוֹנִי Tzephonita, *Num*.26.15.

צָפוּן *m.* Reconditum, Res recondita, Reconditus thesaurus: Aff. וּצְפִינְךָ *Et recondito thesauro tuo*, *Psal*.17.14. *scribitur cum* י *sed legitur per Vau*: אֶת־צְפוּנִי *Absconditum meum*, *scil. locum*, *id est*, *Adytum*; *Ezech*.7.22. לִצְפוּנָיו *In repositis ejus*, *Job*.20.26. צְפוּנֶיךָ *Abditos tuos*, *Psal*.83.4.

צָפְנַת Tzophnat, *cognomentum Josephi*, *Gen*.41.45. *qui hinc dictus Aegyptiacè* צָפְנַת פַּעְנֵחַ Occultorum revelator vel interpres. *Sic Onkelus*, גַּבְרָא דְטְמִירָן גַּלְיָן לֵיהּ Vir cui occulta revelata sunt. *Sic etiam Jonathan*, *& communiter Hebræi*. *R. Bechai citat hoc loco*, *in quadam preca-*

tione legi, המפענח נעלמים Qui revelat abſcondita. *In Bereſchit rabba Sect.*90. *docuerunt Rabbini, eſſe idem quod* צפונות מופיע Occulta declarans: *& R. Chiſkia dixit*, צפונות מופיע בדעת Occulta illuſtrans per ſcientiam. *Sapientes per notationem primarum literarum explicarũt*, צופה פודה נביא תומיך פותר ערום נבון חוזה *id eſt*, Speculator, Redemptor, Propheta, Tenens ſceptrum, Interpres, Aſtutus, Intelligens, Videns futura. *Hæc illic*.

מַצְפּוּנִים *m. p.* Abſcondita, Res repoſitæ & abſconditæ: Aff. מַצְפּוּנָיו *Abdita ejus*, *Obad.* 6.

צֶפַע *m.* Regulus, Baſiliſcus, Hæmorrhois, *Venenatiſſimi ſerpentis genus*, *Jeſ.*14.29.

צִפְעוֹנִי *m.* Idem, *Jeſ.*11.8. Plural. צִפְעוֹנִים *Jer.*8.17.

צְפִיעִים *m. p.* Egeſta, Excrementa: Conſtr. צְפוּעֵי הַבָּקָר *Egeſta boũ*, *Ezech.*4.15. *ſcribitur cum* ו *ſed legitur per Joth*.

צְפִעוֹת *f. p.* Nepotes, Neptes, *ſecundum Chaldæum & R. Salomon. Jeſ.*22.24. *quaſi Egreſſiones dicas*.

צפף Pih. צִפְצֵף Pipire: Particip. מְצַפְצֵף *Pipiens*, *Jeſa.*10.14. Plural. הַמְצַפְצְפִים *Qui pipiunt*, *Jeſa.*8.19. Fut. אֲצַפְצֵף *Pipio*, *Jeſa.*38.14. תְּצַפְצֵף *Pipiat*, *Jeſa.* 29. *v.* 4.

צַפְצָפָה *Vide in* צָפָה.

צְפַר Evolavit, Maturavit: *Chaldaicum eſt.* Futur. ויצפר *Et evolet*, *Jud.* 7.3.

צִפּוֹר *c. ſed. f. ſæpius*, Avis, Avicula: *& ſynecdochicè*, Paſſer: *Nomen generale eſt omnium, quibus eſt ala, ſcribit Ab. Eſra*, *Gen.*7.14. צִפּוֹר טְהֹרָה *Avem mundam*, *Deut.* 14. 11. כְּצִפּוֹר *Sicut paſſer*, *Pſal.*102.8. Plural. צִפֳּרִים חַיּוֹת *Aves vivas*, *Lev.*14.4. *Item*, צִפֳּרִים *Eccleſ.*9.12. Chald. כְּצִפְּרִין Sicut avium, Dan.4.30. וְצִפְּרַיָּא Et aves, v. 11. *Conſtr.* צִפְּרֵי שְׁמַיָּא Aves cæli, Dan.4.9.

צָפִיר *m.* Hircus, *Dan.*8.5. Constr. צְפִיר *v.*5. Plur. Constr. וּצְפִירֵי עִזִּים *Hircos caprarum*, *Esr.*8.35. Chald. וּצְפִירֵי עִזִּין Et hircos caprarum, Esr.6.17.

צְפִירָה *f.* Matutinum tempus, *Ezech.*7.10. *ex Chaldæo, ubi* צְפַר *vel* צַפְרָא Manè: *Item*, Cidaris, Diadema: *unde* Constr. וְלִצְפִירַת תִּפְאָרָה *Et pro cidari decoris*, *Jesa.*28.5. *à Cingendo, Verbi significatione Chaldaicâ.*

צִפֹּרֶן *m.* Unguis, Ungula: *Metaphoricè*, Stylus, Scalprū, *ferramentum quo lapides cæduntur & veluti scalpuntur:* בְּצִפֹּרֶן שָׁמִיר *Scalpro lapidis servabilis, seu diuturni, aut, Stylo adamantis, Jer.*17.1. Plur. cum Aff. צִפָּרְנֶיהָ *Ungues suos*, *Deut.*21.12.

צפרדע *c.* Rana, Ranæ, *collectivè*, *Exod.*8.6. Plur. צְפַרְדְּעִים *Ranas*, *v.*3.

* צֶפֶת * *Vide in* צָפָה.

צקל צִקְלוֹן *m.* Gluma, *folliculus grani frumentarii:* Aff. בְּצִקְלוֹנוֹ *Cum gluma sua*, 2.*Reg.*4.42.

צרב Niph. נִצְרַב Adustus fuit: Præter. וְנִצְרְבוּ־בָהּ *Et adurentur in ea*, *Ezech.*20.47.

צָרֶבֶת *f.* Adurens, *Prov.*16.27. *Nomen Toar, formæ* קַשֶּׁבֶת *Attenta: Item* Adustio, *juxta Kimchium*, *Lev.*13.23. *At secundum R. Salom. est* Cicatrix adustionis.

צרה צֳרִי · צְרִי *m.* Opobalsamum, *Gen.*37.25. *Jer.*51. *v.*8. *A' Judæis in versione Hebræo-germanica Pentateuchi* Theriaca *redditur.*

צרח Clamavit: Part. מַר צֹרֵחַ *Amarè clamat*, *Soph.*1. *v.*14. Hiph. יַצְרִיחַ *Exclamat*, *Jes.*42.13.

צְרִיחַ *m.* Arx, Propugnaculum, Turris munita; *sic dicta, quòd speculator inde Exclamat*, *scribit Kimchi:* אֶל־צְרִיחַ *In arcem vel propugnaculum*, *Jud.*9.46. Plur. וּבִצְרִיחִים *Et in arcibus vel turribus*, 1.*Sam.*13.6.

צרך צֹרֶךְ *masc.* Necessitas, Indigentia: Aff. צָרְכְּךָ *Necessitate tuam*, 2.*Par*.2.16. Apud Rabbinos, צָרִיךְ *Necesse*, *Necessarium*: הוּצְרַךְ נִצְרַךְ *Necesse habere*.

צרע צָרוּעַ *m.* Leprosus, *Lev*.13.44. *Ex* Pyh. Part. מְצוֹרָע Idem; *Levit*.14.2. Plur. מְצֹרָעִים *Leprosi*, 2.*Reg*.7.3. Fœm. מְצֹרַעַת *Leprosa*, *Exod*.4.6.

צָרַעַת *f.* Lepra, *Lev*. 13.3. Affix. מִצָּרַעְתּוֹ *A' lepra sua*, 2.*Regum* 5.3.

צִרְעָה *f.* Crabro, *Exod*.23.28.

צרף Conflavit, Purgavit, Defæcavit, *metalla propriè*: *Metaphoricè*, Examinavit, Exploravit, Probavit: Præterit. צָרַף צָרוֹף *Conflat conflando*, *Jer*.6.29. Imp. צָרְפָה כִלְיוֹתַי *Examina renes meos*, *Ps*.26. *v*.2. Futur. וְאֶצְרוֹף *Et defæcabo*, *Jes*.1.25. Niph. Futur. וְיִצָּרְפוּ *Et conflabuntur*, *Dan*.12.10. Pih. מְצָרֵף *Conflans*, *Mal*.3. *v*.3.

צֹרֵף *m.* Conflans, Conflator, Fusor, Aurifaber: לַצֹּרֵף *Fusori*, *Jud*.17.4. Plur. צֹרְפִים *Aurifabri*, *Neh*.3.8.

צָרְפַת *f.* Tzorphat *nomen urbis*, 1.*Reg*.17.9. *Obad*.20. Franciam, Galliam, *Rabbini interpretantur*, *&* *inde* צָרְפָתִי Gallus.

מַצְרֵף *m.* Fusorium vas, *Prov*.17.3.

צרר Ligavit, Colligavit: *Item*, Hostiliter egit, Oppugnavit, Arctavit, Angustiis affecit, *&* *ita cum* צור *convenit*. Præt. צָרַר רוּחַ אוֹתָהּ *Ligat ventus eam*; *Hos*.4.19. וְצָרְרוּ אֶתְכֶם *Et angustabunt vos*, *hostiliter agent vobiscum*, *Num*.33.55. צְרָרוּנִי *Angustiis affecerũt me*, *Psal*.129.1. Partic. צֹרֵר מַיִם *Ligat aquas*, *Job*.26.8. הַצֹּרֵר אֶתְכֶם *Oppugnantem vos*; *Num*.10.9. Plural. צֹרְרִים *Hostiliter agentes*, *Num*.25.18. Constr. צֹרְרֵי צַדִּיק *Hostes justi*, *Amos* 5.12. Aff. נֶגֶד צֹרְרָי *Coram hostibus meis*, *Psal*.23.5. Part. Præter. צָרוּר *Colligata est*, *Hos*.13.12. Infin. כִּצְרוֹר

Sicut

Sicut qui ligat, *Prov*.26.8. Pyh.Partic.Plural. וּמְצָרְרִים *Et colligatos*, *Jos*.9.4.

צְרוֹר *masc*. Fasciculus, Loculus, *quasi Ligamen dicas*: צְרוֹר־כַּסְפּוֹ *Fasciculus pecuniæ suæ*, *Gen*.42.35. צְרוֹר הַכֶּסֶף *Fasciculum*, *Loculum pecuniæ*, *Prov*.7.20. אֶל־צְרוֹר נָקוּב *In loculum pertusum*, *Hag*.1.6. *Item*, Granum, Lapillus, *Amos* 9. *v*. 9.

מֵצַר *m*. Angustia, *Psal*.118.5. Plur. בֵּין־הַמְּצָרִים *Inter angustias*, *Thren*.1.3. וּמְצָרֵי שְׁאוֹל *Et angustiæ, angores inferni*, *Psal*.116.3. *Quidam huc ad* צור *reducunt*.

ק

* קָא , קָאָה *Vide infrà in* קוא.

קבב Maledixit, Execratus est: Præter. מָה אֶקֹּב לֹא קַבֹּה אֵל *Quid exsecrabor, quem non exsecratur Deus*, *Num*.23.8. וְקַבֹּתוֹ *Ut exsecreris eum*, *Num*.23.27. Infin. קֹב *Exsecrando*, *Num*.23.25. Imper. קָבָה־לִּי *Exsecrare mihi*, *Num*.22.11. *cum Kametz loco Kametz chatuph & Dagesch*: קָבְנוֹ *Exsecrare illum*, *Num*.23.13. *pro* קָבֶּנּוֹ: *Simile Affixum vide in* ישה. Futur. אֶקֹּב *ut antè*, *quod à* נָקַב *esse posit*. *Similem formam vide in* קָדַד.

קֻבָּה *f*. Lupanar, *dictum quasi Exsecrabile*, *Num*.25.8. *Hebræi exponunt* אֹהֶל Tentorium.

קוּבָה *f*. Idem: Aff. אֶל־קֳבָתָהּ *In lupanari ipsius*, *Ibidem*: *Onkelos*, לִמְעָהָא *Per ventrem ejus*.

קֵבָה Ventriculus, Ingluvies: *Deut*.18.3. *quod, ut & præcedens, formam habet quasi à* קוב.

קַב *masc*. Cabus, *mensura frumentaria parva*: וְרֹבַע הַקַּב חֲרֵייוֹנִים *Et quarta pars cabi stercoris columbini*, 2.*Reg*.6.25. *Quidam scribunt, eo usos ipsos fuisse loco lignorum*. *Alii intelligunt Contenta in ingluvie, id est, frumentũ quod colum-*

bæ in agris collegerant. Videatur Kimchi. Porrò Cabus eſt ſexta pars Seæ ſive Sati, ſcribit Kimchi in lib. Rad. De hac, & aliis quibuſdam menſuris antiquis, ita ſcriptum reperi in Opere R. Alphes, Tractatu De paſchate, cap. 5. fol. 176. רְבִיעִית Quadrans ſive Quartarius Legis, (id eſt, quarta pars menſuræ ſacræ in liquidis) continet ſeſquiovum: לוג Log ſive Sextarius, quatuor quadrantes, id eſt, ſex ova: קַב Cabus, quatuor Logos ſive ſextarios, id eſt, 16. quadrantes, 24. ova. הִין Hin, 12. Logos, id eſt, 48. quadrantes, 72. ova. סְאָה Sea Satum, ſex Cabos, hoc eſt, 24. Sextarios, duo Hin, 92. quadrantes, 144. ova. אֵיפָה Epha, tres Seas, id eſt, 18. Cabos, 6. Hinnos, 72. Logos, 288. Quadrantes, 432. ova. עוֹמֶר Homer decimam Ephæ, id eſt, 43. ova & ⅕ ovi. Hæc ibi. *Vide R. Sal. Exod. 16, 36. Et Aruch in* קב.

קבל Pih. Accepit, Recepit, Suſcepit: Præterit. וְלֹא קִבֵּל *Et non accepit, Eſth. 4. 4.* וְקִבְּלוּ *Et receperunt ſacerdotes, Eſr. 8. 30.* Imper. קַבֵּל־לָךְ *Accipe tibi, 1. Paral. 21. 11.* Chald. Præterit. קַבֵּל מַלְכוּתָא Accepit regnum, Dan. 6. 1. Futur. תְּקַבְּלוּן Recipietis, Dan. 2. 6. וִיקַבְּלוּן Et ſuſcipient, Dan. 7. v. 18. Hiph. Particip. מַקְבִּילֹת *Recipientia, hoc eſt, continentia unum cum altero, Exod. 36. v. 5.*

קבל קָבָל Coram, Ex adverſo: קָבָל־עָם *Coram populo, 2. Reg. 15. v. 10.* Aff. קָבְלוֹ *Adverſum ſibi, Id quod ex adverſo ſitum eſt, Ezech. 20. 9. de quo vide etiam in* מַחֲה. Chald. וְלָקֳבֵל אַלְפָּא Et coram mille, Dan. 5. 1. לָקֳבֵל מִלֵּי Ob vel Propter verba regis, verſ. 10. לָקֳבֵל דְּנָה Propter hoc, Propterea, Eſr. 4. 16. כָּל־קֳבֵל vel כָּל־קֳבֵל Propter, Propterea, Eò quòd, Quandoquidem, Quamvis, & in Daniele ſemper adjunctum eſt דְּנָה vel דִּי: Cum Aff. לָקֳבְלָךְ Ex adverſo tui, Dan. 2. 31.

קבע Rapuit, Diripuit, Spoliavit: Præter. וְקָבַע *Et rapiet*, *Prov.* 22.23. הֲיִקְבַּע *An spoliet homo Deum, quòd vos* קֹבְעִים אֹתִי *spoliatis me, & dicitis*, בַּמֶּה קְבַעֲנוּךָ *qua in re spoliamus te*, *Mal.*3.8. *ubi etiam Part. & Futur. est. Hinc*, קַבְעָן Raptor, *Rabb.*

קוֹבַע *m.* Galea, 1.*Sam.*17.38. *& est idem quod* כּוֹבַע *כ & ק commutatis.*

קֻבַּעַת *f.* Fæx, Fæculentum, *Jesa.*51.17.

קבץ Collegit, Aggregavit, Congregavit, Comportavit, Contraxit: *Dicitur propriè de re dispersa:* אָסַף *de re non dispersa. Sic rectè dicitur*, אֱסֹף יָדֶךָ *Recollige, Retrahe manum tuam*, 1.*Sam.*14.19. *non autem*, קְבוֹץ. *Item*, וַיֶּאֱסֹף *Et retraxit pedes suos in lectum, Genes.* 49.*v.*33. *non autem*, וַיִּקְבּוֹץ, *Kimchi Joel.* 2.6. Præterit. קָבַץ אֶת כָּל־חֵילוֹ *Congregavit omnes copias suas*, 1.*Reg.*20.1. Niph. Præt. נִקְבְּצוּ אֵלֵינוּ *Congregantur contra nos*, *Jos.*10. *v.*6. Imper. הִקָּבְצוּ *Congregate vos*, *Gen.*49.20. Pih. Præt. קִבְּצָם *Congregavit eos*, *Mich.*4.12. Pyh. קֻבָּצָה *Collecta est, pro* קֻבְּצָה *juxta Kimchi*, *Mich.*1.7. Partic. מְקֻבֶּצֶת *Congregatam*, *Ezech.*38.8. Hithp. Præter. כִּי הִתְקַבְּצוּ *Quòd congregarint se*, *Jud.*9.47. Fut. יִתְקַבְּצוּ *Congregent se*, *Jesa.*44.11.

קִבּוּצִים *m. p.* Collectiones, Congregationes, Catervæ: Aff. קִבּוּצַיִךְ *Caterva tua*, *Jesa.*57.13.

קְבֻצָה *f.* Congregatio: Constr. קְבֻצַת כֶּסֶף *Congregatione argenti*, *Ezech.*22.20.

קבר Sepelivit: Præt. קָבַר *Sepelivit Abraham Saram*, *Gen.*23.19. Partic. וְאֵין קֹבֵר *Et non erit sepeliens*, 1.*Reg.*9.10. Niph. Futur. יִקָּבֵר *Sepelietur*, *Jer.*22.19. תִּקָּבֵר *Sepelieris*, *Gen.*15.15. Pih. Partic. וְאֵין מְקַבֵּר *Et non est sepeliens eis*, *Jer.*14.16. Futur. תְּקַבְּרֵם *Sepelies eos*, *Hos.*9.6. Pyh. Præt. קֻבַּר *Sepultus est*, *Gen.*25.10.

קֶבֶר *m.* Sepulchrum, *Psal.* 5. 10. Aff. קִבְרוֹ *Sepulchrum suum*, *Gen.* 23.6. Plur. קְבָרִים *Sepulchra*, *Exod.* 14.11. Construct. קִבְרֵי *Jer.* 26.23. Aff. מִקִּבְרֵיהֶם *De sepulchris eorũ*, *Jer.* 8. 1. Fœm. Plur. לִקְבָרוֹת *Ad sepulchra*, *Job.* 21. 32. Constr. קִבְרוֹת *Numer.* 11. 34. Aff. קִבְרֹתֶיהָ *Sepulchra ejus*, *Ezech.* 32.23.

קְבוּרָה *f.* Sepultura, *Jes.* 14. 20. Constr. קְבֻרַת רָחֵל *Sepultura Rachelis*, *Gen.* 35. 20. Aff. קְבֻרָתוֹ *Sepulturam vel Sepulchrum ejus*, *Deut.* 34. 6.

קדד Inclinavit, Incurvavit verticem, *versus terram, honoris exhibendi causâ: R. Salom scribit Genes.* 43. 28. קידה כפיפת קדקד השתחויה משטח לארץ *id est, Verbum* קָדַד *significat Incurvationem verticis:* הִשְׁתַּחֲוָה *Procubitum in terram. Vide* בָּרַךְ. Futur. וָאֶקֹּד *Et verticem inclinavi*, *Gen.* 24. 48. וַיִּקֹּד *Et inclinavit verticem*, *v.* 26. *cum Dagesch & vocali brevi, loco vocalis longæ Kametz: Simile vide in* דָּמַם. *Item*, וַיִּקְּדוּ *Et incurvarunt se*, *Genes.* 4. 31. *pro* וַיָּקֹדוּ. *Simile vide in* בָּלַל.

קָדְקֹד *m.* Vertex, *Psalm.* 68. 22. Aff. וְעַל־קָדְקֳדוֹ *Et super verticem ejus*, *Psal.* 7. 17.

קִדָּה *f.* Casia, *Ezech.* 27. 19. *Exod.* 30. 24.

קדח Accendit, Accensus fuit, Conflagravit: Præter. כִּי אֵשׁ קְדַחְתֶּם *Nam ignem accendistis*, *Jer.* 17. 4. אֵשׁ קָדְחָה *Ignis accensus fuit*, *Deut.* 32. 22. Part. Constr. קֹדְחֵי אֵשׁ *Accendentes ignem*, *Jes.* 50. 11. Infinit. כִּקְדֹחַ *Sicut conflagrat ignis*, *Jesa.* 64. 2.

קַדַּחַת *f.* Febris ardens, *Levit.* 26. 16.

אֶקְדָּח *m.* Carbunculus, *Jesa.* 54. 12.

קדם Pih. קִדֵּם Antevertit, Anticipavit, Anteivit, Præivit, Prævenit, Obvenit: Præterit. קִדַּמְתִּי *Anteverti*, *Jon.* 4. 2. Imperat. קַדְּמָה פָנָיו *Anticipa faciem*

faciem ejus, *Psal.* 17.13. Hiph. Præt. מִי הִקְדִּימַנִי *Quis prævenit me*, *Job.* 41.2. Futur. תַּקְדִּים *Obveniet*, *Amos* 9.10.

קֶדֶם *m.* Antiquitas, Æternitas, *si de Deo dicatur*: Antiquum, Priscum: *& adverbialiter*, Antiquè, Antè, Pridem, Olim: Antrorsum: *Item* Oriens, *plaga mundi orientalis*, *quasi Anterior dicta*: *Ferunt enim*, *Adamum creatum facie versus orientem dispositâ*, *ut lucem & solem mundi orientem aspiceret*, *unde Oriens ipsi fuit Kedem*, *Anterior mundi pars*: *R. Beçhai Deut.* 3.23. *Ab eo situ reliquæ deinceps mundi plagæ nominantur*, Posterior, Dextra, Sinistra: כְּקֶדֶם *Sicut antea*, *olim vel pridem*: מִקֶּדֶם *Ab antiquitate*, *Ab æterno*, *Inde à principio*, *Hab.* 1.12. *Miche.* 5.2. *Ab oriente*. Plur. Constr. מִקַּדְמֵי אֶרֶץ *Ante primordia*, *A primordiis terræ*, *Prov.* 8.23. Cum ה locali, קֵדְמָה *Orientem versus*, *Gen.* 25.6. קֵדְמָה מִזְרָחָה *Ad anteriorem plagam orientem versus*, *Exod.* 27.13. *Similem locutionem vide Exod.* 26.18.

קִדְמָה *f.* Idem: Construct. קִדְמַת *Ad orientem*, *Gen.* 2.14. Et cum Pathach ab initio, שֶׁקַּדְמַת שָׁלַף *Quæ antequam egrediatur*, *Psalm.* 129. *v.* 6. Aff. לְקַדְמָתָן *Ad antiquitatem*, *pristinum statum suum*, *Ezech.* 16.55. לְקַדְמַתְכֶן *Ad pristinum statum vestrum*, *Ibid.* Plur. כְּקַדְמוֹתֵיכֶם *Sicut priscis temporibus vestris*, *Ezechiel.* 36.11. Chald. קֳדָם Coram: מִן קֳדָם A coram, A: קָדָמַי Coram me, מִן קָדָמַי A coram me, id est, A me, Dan. 2. מִן קָדָמוֹהִי A conspectu ejus, Dan. 5.19. קֳדָמֵיהוֹן Coram eis, &c. מִן קַדְמַת דְּנָה vel מִקַּדְמַת Ab ante hoc, Antehac, Esr. 5. v. 11. קַדְמָיֵא Priores, Dan. 7.24. Fœmin. sing. קַדְמָיְתָא Prima, Prior, Antecedens, Dan. 7.4. Plural. Emph. קַדְמָיָתָא Priora, v. 8.

קָדִים *m.* Oriens, *Plaga orientalis mundi*; Eurus, *ventus orientalis*: Cum ה locali, קָדִימָה *Ad orientem*, *Hab.* 1.9.

קדמנים *m.* Antiquitates, *Jud.*5.21.

קַדְמֹנִי *m.* Antiquus, Antiquum, 1.*Sam.*24.14. Orientalis, *Ezech.*47.18. Plural. וקדמֹנים *Et priores, superiores, antiqui*, *Job.*18.20. Fœm. וּכְשָׁנִים קַדְמֹנִיּוֹת *Et sicut anni antiqui*, *Malach.*3.4.

קַדְמֹנָה *f.* Orientalis, *Ezech.*47.8.

קדר Obtenebratus, Obscuratus, Atratus fuit, Ater, Atratus, Pullatus incessit vel ivit, Ater, Teter fuit. Præterit. וְקָדַר *Et obtenebrabitur super eos dies*, *Mich.*3.6. Partic. קֹדֵר *Atratus, Ater*, *Psal.*35.14. Plur. וְקֹדְרִים *Et pullati*, *Job.*5.11. Hiph. Præter. וְהִקְדַּרְתִּי *Et atratas reddam stellas eorum, faciam ut tenebrescant*, *Ezech.*32.7. Fut. וָאַקְדִּר *Et atratum reddidi*, *Ezech.*31.15. Hithp. Præterit. וְשָׁמַיִם הִתְקַדְּרוּ *Et cæli obscurati sunt*, 1.*Reg.* 18.45.

קַדְרוּת *f.* Atror, *Jesa.*50.3.

קְדֹרַנִּית Atratè, Obscurè, *Malach.*3.14.

קדש Parari, Præparari, Destinari *ad aliquid generaliter: In specie*, Sacrari, Consecrari, Sanctificari, Sanctum, Sacrum esse vel fieri. Præter. קְדַשְׁתִּיךָ *Sanctior sum te*, *Jesa.*65.5. *id est*, קָדוֹשׁ אֲנִי מִמְּךָ *juxta Hebræos.* Futur. יִקְדָּשׁ *Sanctum esto*, *Exod.*29.37. Niph. Præt. וְנִקְדַּשׁ *Et sanctificabitur*, *Exod.*29.43. Pih. קִדֵּשׁ Sacravit, Consecravit, Sanctificavit, Reparavit, Restauravit ad sanctum usum: *Item*, Præparavit, Edixit, Indixit, *cùm de bello aut jejunio dicitur.* Præt. קִדַּשׁ *Consecravit rex*, 1.*Reg.*8.64. *&c.* Pyh. Particip. הַמְקֻדָּשׁ *Quisquis sanctificatus fuerit*, *Ezech.*48.11. Plur. הַמְקֻדָּשִׁים *Qui consecrati sunt*, 2.*Paralip.*26.18. *&c.* Hiph. Præter. גַּם אוֹתָם הִקְדִּישׁ *Etiam illa consecravit*, 2.*Sam.*8.11. Infin. vel Imper. הַקְדִּשֵׁם *Præparando vel Præpara eos*, *Jer.*12.3. Hithp. Præt. הִתְקַדֶּשׁ־חָג *Sanctificatur festum*, *Jes.*30.29.

קדוש

קָדוֹשׁ *m*. Sanctus, *Jes.6.3*. Constru*ct*. אֶת־קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל *Sanctum Israelis, Jes.1.4. Et genere neutro*, Sanctum, *Sanctissimus locus, Psal.46.5*. Aff. קְדוֹשִׁי *Sanctus meus, Hab.1. v.12*. קְדוֹשְׁכֶם *Sanctus vester, Jesa.43.15*. Plur. קְדוֹשִׁים *Sancti, Zach.14.5*. Aff. קְדוֹשָׁיו *Sancti ejus, Dan.33.3*.

קַדִּישׁ *m*. Chald. *Sanctus*, Dan.4.v.10. Plurale, קַדִּישִׁין Sancti, v.5. Constr. קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין Sanctorum excelsorum, Dan.7.18.

קֹדֶשׁ *m*. Sanctitas, Res sancta: Sanctum, Sacrum, *Exod.3.5*. Affix. קָדְשׁוֹ *Sanctitatis suæ, Jesa.52.10*. Plur. קָדָשִׁים *Sanctitates, Exod.30.10* per Kametz ab initio præter analogiam: *primùm propter adjunctum Mathag, deinde quia caret duobus punctis, sine quibus Chateph kametz nunquam scribitur, quod hic esse debebat, ut sequitur:* Et cum Chatephkametz, קֳדָשִׁים, *2. Paral.35.13*. Et, קֳדָשִׁים *Neh.10.34. juxta Veneta magna*. Constr. וְקָדְשֵׁי *Et res sacras filiorum Israel, Num.18.32*. Aff. קָדָשֶׁיךָ *Res sacras tuas, Deut.12.26*. וְקֳדָשָׁיו *Res sacras vel consecratas ejus, 2.Par.15.18. Quidam libri* קָ.

מִקְדָּשׁ *m*. Sanctuarium; Asylum, *locus sacer, in quem quis fugit, ut tutus sit: juxta Ab.Esran, Jes.8.14*. Interdum scribitur מִקְּדָשׁ cum Dagesch redundante, *ut Exod.15. v.17. ubi vide Ab. Esr*. Constr. מִקְדַּשׁ *Ezech.48.10*. Aff. אֶל־מִקְדָּשׁוֹ *In sanctuarium suum, Jes.16.12*. Et aliâ formâ ac *significatione*, Res sancta: אֶת־מִקְדְּשׁוֹ *Rem vel partem sacram ejus, Num.18.29. quasi à forma* מִקְדָּשׁ: Plural. מִקְדָּשִׁים *Loca sancta, Ezech.21.v.2*. Constr. מִקְדְּשֵׁי־אֵל *Sanctuaria Dei, Psalm.73.17*. Aff. מִקְדְּשֵׁיכֶם *Sanctuaria vestra, Levit.26.31*.

מִקְדָּשׁ *m*. Sanctuarium: Plural. מִקְדְּשֵׁיהֶם *Sanctuaria ipsorum, Ezech.7.24. Similis formæ in* מלא.

קָדֵשׁ *m*. Meritorius, Cinædus, *qui se prostituit, & quasi*

quasi Consecrat libidini, Deuter.23.17. Plural. הַקְּדֵשִׁים 2.Reg.23.7. Fœmin. קְדֵשָׁה Meretrix, Deut.23.17. Plur. וְעִם הַקְּדֵשׁוֹת Et cum meretricibus, Hos.4.14. Aben Esra scribit; קְדֵשָׁה est Prostibulum publicum, quod cuilibet obvio se prostituit: זוֹנָה Meretrix, quæ cum delectu, & magis privatim peccat, etsi etiam publica fiat.

קהה Obstupescere, Obtusum fieri. Futur. וְשִׁנֵּי בָנִים תִּקְהֶינָה Et dentes filiorum obstupescunt, Jer.31.29. Pih. קֵהָה Hebetavit, Eccles.10.10.

קהל Congregare. Particip. fœmin. קֹהֶלֶת Congregans, Congregatrix, scilic. anima, nempe regis Solomonis, Eccles.7.28. Aliàs semper genere masculino usurpatur pro persona integra congregantis cœtum ecclesiasticum, & ita est Ecclesiastes, ἐκκλησιαστής. Sic dicitur, לפי שהיה מקהיל קהלות ברבים Propterea quòd congregaret cœtus ecclesiastico: publicos, scribit R. Abraham in libro Tzeror hammor, id est, Fasciculus Myrrhæ. Niph. Præt. נִקְהֲלוּ Congregaverunt se, Esth.9.2. Hiph. Præter. הִקְהַלְתָּ Congregasti congregationes tuas, Ezech.38.13.

קָהָל m. Congregatio, Cœtus, Psal.22.23. Construct. קְהַל Lev.16.17. Aff. קְהַלְכֶם Congregationi vestræ, Deut.5. v.22. בִּקְהָלָם In congregatione eorum, Gen.49.6.

קְהִלָּה f. Idem, Neh5.7. Constr. קְהִלַּת, Deut.33.4.

מַקְהֵלִים m.p. Congregationes, Psal.26.12. Fœminin. בְּמַקְהֵלוֹת In congregationibus, Psal.68.27.

קוא Vomuit | Evomuit: Irregulariter flectitur: Imper. וּקְיוּ Et vomite, Jer.25.27. Partic. קָאָה Evomet, Lev.18.28 Hiph. Præt. וַהֲקֵאתוֹ Et evomas illud, Prov.25.16. Futur. וַיָּקֵא Et evomuit, Jon.2.11. יְקִאֶנּוּ Et evomuit illam, Job.20.15.

קִיא m. Vomitus, Jesa.28.8. Aff. בְּקִיאוֹ In vomitu suo, Jesa.19. v.14.

קִיא *m.* Idem: Aff. כְּכֶלֶב שָׁב אֶל קֵאוֹ *Sicut canis revertitur ad vomitum suum, Prov.*26.11.

קִיקָלוֹן *m.* Vomitus ignominię, *seu ignominiosus, Jer.*48. *v.* 26. *Compositum ex* קִיא & קָלוֹן, *de quo in* קָלָה.

קָאַת, קָאָה *f.* Platea, Pelecanus, *Levit.*11.18. *Jesa.*34.11. *à Vomitu. Conchas enim, calorę ventris coctas, rursus evomit, ut testis rejectis, esculenta seligat, scribit Plin. lib.* 10. *cap.*40. & *Aristot. lib.*9.*cap.*10. *de Histor. Animal.* Const. לִקְאַת, *Psalm.*102.7.

קָוָה Expectavit, Expectationem habuit: Partic. Plural. Construct. וְקוֵֹי יְהוָה *Et expectantes Dominum, Psal.*37.9. *Irregulare est*, וְקוֵֹי, *Jes.*40.31. *pro* וְקוֹיֵ: Aff. קוָֹי *Expectantes me*, *Jesa.* 49. 23. לְקוָֹו *Expectantibus eum, Thren.*3.25. Pih. קִוָּה Idem: & *construitur cum Dativo & Accusat.* & *Præposit.* אֶל. Præt. וְקִוֵּיתִי לוֹ *Et exspectavi eum, Jesa.*8.17. Infinitiv. קַוֹּה קִוִּיתִי *Expectando exspectavi, Psalm.*40.2. Niph. נִקְוָה Confluere, *de aquis:* Congregare se, *de hominibus.* Præteritum, וְנִקְווּ אֵלֶיהָ *Et confluent ad eam, Jerem.*3.17. Futurum, יִקָּווּ הַמַּיִם *Confluant aquæ, Genes.*1. *v.*9.

קַו, קָו *m.* Linea, Delineatio, Regula, Amussis, Filum mensorium, *Jes.*18.2. & 28.10. Scribitur & cum ה redundante, קָוֶה *Lineæ, Jerem.*31.39. Aff. קַוָּם *Delineatio eorum, Psalm.*19.5. *In Targum*, כְּקוּרִין דְעַכּוּבִיתָא *Sicut fila, vel telæ araneæ, Jesa.*59.6.

מִקְוֶה *m.* Exspectatio, Spes: Confluens, Confluentia, Conceptaculum, Congregatio: יֵשׁ מִקְוֶה *Est spes Israeli, Esræ* 10. 2. Constr. מִקְוֵה מַיִם *Congregationem aquarum, Exod.*7.19. מִקְוֵה יִשְׂרָאֵל *Spes Israelis, Jer.*14.8. Fœm. וּמִקְוָה עֲשִׂיתֶם *Et conceptaculum aquarum fecistis, Jesa.*22.11.

מִקְוֵא · מִקְוֵה *m.* Netum, Filatum, 1. *Reg.* 10. 28. & 2. *Par.* 1. 16.

תִּקְוָה *f.* Exspectatio, Spes, *Job.* 5. 16. Constructum, תִּקְוַת *Psal.* 19. 9. *Item* Funiculus: Construct. תִּקְוַת *Funiculum fili dibaphi, Jos.* 2. *v.* 18. Aff. תִּקְוָתְךָ *Spes tua, Job.* 4. *v.* 6.

קוט Fastidivit, Fastidio fuit vel habuit: Futur. אָקוּט *Fastidio habui, Psal.* 95. 10. Et cum Cholem, יָקוֹט כִּסְלוֹ *Quem fastidit spes ejus, Job.* 8. 14. Niph. Præter. וְנָקֹטּוּ *Et fastidio erunt, Ezech.* 6. 9. *cum Dagesch, quasi à* קָטַט, *ut sæpè hæc Verba formas inter se permutant:* וּנְקֹטֹתֶם *Et fastidio eritis, Ezech.* 20. 43. נָקְטָה נַפְשִׁי *Fastidio sibi est anima mea, Job.* 10. 1. Hithp. אֶתְקוֹטָט *Fastidio torqueo me, Psal.* 139. 21.

קָט *m.* Fastidium, *Ezech.* 16. 47. *vel est Verbum.*

קוֹל *m.* Vox, Sonus, Sonitus, Concentus, Strepitus: אֶת־קוֹל יְהוָה *Vocem Domini, Gen.* 3. 8. Affix. קוֹלוֹ *Sonus ejus, Exod.* 28. 35. אֶת־קֹלְךָ *Vocem tuam, Gen.* 3. *v.* 10. Plur. קֹלֹת Soni, Tonitrua, *Exod.* 9. 23. מִקֹּלוֹת *Propter sonos aquarum, Psal.* 93. 4. Chald. קָל *Vox, Sonus,* Dan. 7. 11. *Vide & infrà in* קלל.

קוּם Surrexit, Assurrexit, Exsurrexit, Insurrexit: Stetit, Exstitit, Constitit, Substitit: Præstitit. *Construitur frequenter cum Praposit.* אֶל · עַל · ב & ל. Præter. וְקָאם *Et exsurgit, Hos.* 10. *v.* 14. *quod habet* א *epentheticum.* Part. קָמִים *Surgentes, Psalm.* 3. 2. *Cum Affixis,* Adversarii, *qui in vel contra aliquem insurgunt:* קָמֶיךָ *Adversarios tuos, vel, Insurgentes contra te, quasi* קָמִים עָלֶיךָ, *Exod.* 15. *v.* 7. Chald. Præter. וְקָם Et surrexit, Daniel. 3. 24. קָמוּ Surrexerunt, Esr. 5. 2. Particip. קָאֵם Stans erat, Stabat, Dan. 2. 31. Plur. קָאמִין Stabant, Dan. 3. 3. scribitur cum א, sed legitur קָיְמִין,

cui

cui simile vide in דור: Emph. קָאֲמַיָּא Astantes, Daniel.7.16. Imp. קוּמִי Surge, Dan.7.5. Futur. יְקוּם Surget, Dan.6.29. יְקוּמוּן Consurgunt, Daniel.7.17. Pih. קִיֵּם & קוֹמֵם Surgere vel Stare fecit, Erexit, Stabilivit, Statuit, Statum reddidit, Præstitit. Præterit. קִיֵּם Stabilivit: קִיְּמוּ *Stabiliverunt*, *Esth*.9.31. Infinit. לְקַיֵּם *Statuendo*, *Instituendo*, *Esth*.9.21. Imper. קַיְּמֵנִי *Erige*, *Confirma me*, *Psalm*.119.28. Futur. וַאֲקַיֵּמָה *Et præstabo*, *Psal*.119.106. Ex altera forma, אֲקוֹמֵם *Erigam*, *Jes*.44.26. Et semel intransitivè præter morem, יְקוֹמֵם *Insurgebat*, *Mich*.2.v.8. Chald. Infinitiv. לְקַיָּמָה Ad statuendum, Dan.6.v.8. Hiph. הֵקִים Idem: *Item*, Statuit, Constituit, Restituit, Confirmavit, Suscitavit, Exsuscitavit, Excitavit: Præter. הֵקִים אֹתָם *Stabilivit ea*, *Numer*.30.v.15. Particip. מֵקִים *Excitaturus sum*, *Habac*.1.6. *&c.* Futur. וַהֲקִמֹתִי אָקִים בְּרִיתִי *Et fœdus meum stabiliam*, *Gen*.17.21. Chald. Præterit. הֲקִים Erexerat, Daniel.3.2. וַהֲקִים Et prostituit, Dan.6.2. אֲקִימֵהּ Erexit eam, Dan.3.1. הֲקִימֵהּ Constituit eum, Dan.5.11. הֲקֵמְתָּ Erexisti, Dan.3.12. הֲקֵימֶת Erexi, Dan.3.14. Fœminin. הֲקָמַת Erexit, Daniel.7.5. הֲקִימוּ Statuerunt, Esr.6.v.18. Particip. מְהָקִים Constituens, Dan.2.21. Infinit. לַהֲקָמוּתֵהּ Ad constituendum seu Præficiendum eum, Dan.6.4. Futurum, יְהָקִים Statuerit, Dan.6.v.16. & omissâ characteristicâ, יְקִים Constituet, Daniel.4.14. תְּקִים Statues, Dan.6.9. Hophal Præter. הוּקַם *Erectum est*, *Exod*.40.17. *Sic Jer*.35.14. *Item*, הֻקַם עָל *Constitutus excelsus*, 2.*Samuel*.23.1. Chald. כֶּאֱנָשׁ הֳקִימַת Sicut homo stare coacta vel facta est, Dan.7.4. Hithp. Partic. וּמִתְקוֹמְמַי *Et insurgens in me*, *Job*.27.7. Plur. מִמִּתְקוֹמְמִים *Ab insurgentibus*, *Psalm*.17.*verſ*.7. Hinc deperdito מ, וּבִתְקוֹמְמֶיךָ

וּבִתְקוֹמְמֶיךָ *Et propter insurgentes in me*, *Psal.*139.21.Fœm. מִתְקוֹמָמָה *Insurgens*, *Job.*20. 27. *cum Kametz in medio propter accentum, quasi à* מִתְקוֹמֵם.

קִים *m.* Substantia: Aff. קִימָנוּ *Substantia nostra*, *Job.*22. *v.*20. Fœm. קִימָה Surrectio: Aff. קִימָתָם *Surrectionem istorum intuère*, *Thren.*3.63.

קְיָם *m.* Chald. *Statutum*, Dan.6.8. וּקְיָם, v.16.

קַיָּם *m.* Chald. *Stabilis*, Dan.6.27. חַיָּא וְקַיָּם *Vivus & stabilis*, Dan.6.27. Fœm. קַיָּמָא Stabile, Dan.4.23.

קוֹמָה *f.* Statura, Altitudo, *Ezech.*13.*v.*18. Construct. וְקוֹמַת *Et altitudo rotæ unius*, 1.*Reg.*7.32. Aff. קוֹמָתוֹ *Altitudo ejus*, 1.*Reg.*6.20.

קָמָה *f.* Seges, *adhuc stans & in culmum Erecta*, 2.*Reg.*19. *v.* 26. *Exod.*22.6. Plural. בְּקָמוֹת *In segetes Philistæorum*, *Jud.*15. *v.*5.

קוֹמִים *m. p.* Insurgentes, Adversarii, 2.*Reg.*16.7.

קוֹמְמִיּוּת *f.* Erectio, *Lev.*26.13. *Subaudienda autem illic Præpos.* ב, *Cum erectione, id est, Erectè.*

יְקוּם *m.* Subsistens, Substantia viva, *Genes.*7.4. *ubi Aben Esra scribit, esse generale ad omne vivens super terram. Talmudici scribunt in Sanhedrin, fol.* 110. 1. יקום *esse facultates, quæ hominem erigunt in pedes suos, juxta Deuter.*11. 6.

מָקוֹם *c. in sing. sed masc. sæpius*, Locus, *sic dictus, quòd in eo cuncta creata Subsistunt:* אֶל־מָקוֹם אֶחָד *In locum unum*, *Genes.*1.9. Constr. עַד־מְקוֹם שְׁכֶם *Usque ad locum Schechem*, *Gen.*12.6. Aff. תְּשׁוּרֶנּוּ מְקוֹמוֹ *Contemplabitur eum (in) loco suo*, *Job.*20.9. *scilicet* עַיִן *Oculus; quòd fœmininum est, & ita Verbum convenit in genere fœmin. cum antecedenti substantivo, non cum sequenti* מְקוֹמוֹ. Plural. fœminin. בְּכָל־מְקוֹמוֹת *In omnibus locis dominationis ejus*, *Psal.*103.22. Aff. בְּכָל־מְקוֹמֹתֵיכֶם *In omnibus locis*

-ris,

vestris, Amos 4. 6. *Apud Rabbinos* מָקוֹם *inter Nomina Dei est, & quidem cum articulo,* הַמָּקוֹם; *per antiphrasin, quasi* Illocalis, Infinitus, *qui nullo loco capitur, sed omnibus rebus locum dat.*

אַלְקוּם Alkum, Invictus; *Vocabulum compositum ex* אַל Ne, Non, *&* קוּם Surgere, Insurgere: מֶלֶךְ אַלְקוּם עִמּוֹ *Rex non insurgere vel resistere cum ipso, Proverb.* 30. *v.* 31. *id est, Invictus, In quem, vel, Contra quem nemo insurgit bellandi causâ, ut Aben Esra & Rab. Levi interpretantur. Sic* אַל מָוֶת Non mors, *id est,* Immortalis, *Prov.* 12. 28.

תְּקוּמָה *f.* Resurrectio, *Levit.* 26. 37.

קון Pih. קוֹנֵן Lamentatus est: Præter. וְקוֹנְנוּ עָלַיִךְ *Et lamentabuntur super te, Ezech.* 27. 32. Particip. Plural. לַמְקוֹנְנוֹת *Lamentatrices, Jerem.* 9. 17. Futur. תְּקוֹנֵנָּה אֹתָהּ *Lamentabuntur eam,* 2. *Par.* 35. 25.

קִינָה *f.* Lamentatio, *Ezech.* 19. 14. Plural. עַל־הַקִּינוֹת *In lamentationibus,* 2. *Paral.* 25. 24. Aff. בְּקִינוֹתֵיהֶם *In lamentationibus suis, Ibid.*

קִנִים *m. p.* Lamentationes, *Ezech.* 2. 10.

קוס Pih. קוֹסֵס Succidere. *Convenit cum* קצץ. Futurum; פִּרְיָהּ יְקוֹסֵס *Fructum ejus succîdet, Ezech.* 17. 9.

קוף קוֹף *m.* Simia: Plur. קוֹפִים *Simiæ,* 1. *Reg.* 10. 22. 2. *Par.* 9. 21. *Affine Verbo* יקף *Circumire. Nam & Simia volubilis est.*

תְּקוּפָה *f.* Circumactio, Revolutio, Circulus: Conversio: Constr. תְּקוּפַת הַשָּׁנָה *In revolutione anni, Exod.* 34. 22. Aff. תְּקוּפָתוֹ *Revolutio ejus, Ps.* 19. 7. Plur. לִתְקוּפוֹת הַיָּמִים *In revolutionibus dierum,* 1. *Sam.* 1. 20. *Forma hinc est, sed significatio à* יקף. *Hinc Rabbini Solstitia & Aequinoctia vocant* תקופות Tekuphoth sive Tekuphos.

Vu

קוץ Tædere, Distædere: *Construitur cum Præposit.* מִפְּנֵי & ב. *Semel est* Æstivare, Æstatem transigere, *ex Nomine derivato, quod* Æstatem *significat.* Præter. וְקָץ עָלָיו *Et æstivabit super eo, Jes.*18.6. קַצְתִּי בְחַיַּי *Tædet me vita mea, Gen.*27.46. Futur. וָאָקֻץ בָּם *Tædet me eorum, Levit.*20.23. Hiph. הֵקִיץ Tædio afficere: Evigilare, Expergisci, *quod à* קֵיץ *habet.* Præter. הֵקִיץ אֵלָיִךְ *Evigilat ad vel adversum te, Ezech.*7.6. הֱקִיצוֹתִי *Experrectus sum, Psalm.*3.6. Infinitiv. בְּהָקִיץ *Quum expergiscar, Psalm.*17.15. Futur. וּנְקִיצֶנָּה *Et tædio afficiamus, Defatigemus eam, Jesa.*7.6. *juxta Kimchium & Aben Esram, nec amplius hac significatione occurrit: R. Salomon, Expergefaciamus eam bello: Sed activum hoc sensu nunquam reperitur.*

קַיִץ *m.* Æstas, *qui terræ nascentia* Expergisci *facit, quæ per hyemem videbantur quasi sopore demersa. Metonymicè* Æstivi fructus: בְּטֶרֶם קַיִץ *Ante æstatem, Jes.*28.4. כְּלוּב קָיִץ *Canistrum æstivorũ fructuum, Amos* 8.1. Aff. עַל־קֵיצֵךְ *De æstivis fructibus tuis, Jesa.*16.9.

קוֹץ *m.* Spina, *Hose.*10.8. *à Tædio, quod pungendo affert, aut quòd celeriter hominem Excitat: R. Sal. tradit Ezech.* 2.6. *viginti Spinarum nomina esse:* קוֹץ מַכְאִב *Spina dolore afficiens, Ezech.*28.24. Plural. קוֹצִים *Spinæ, Exod.* 22. 6. Constr. קוֹצֵי הַמִּדְבָּר *Spinas deserti, Jud.*8.7.

קִיצוֹן *Vide in* קָצָה.

קְוֻצּוֹת *f.* Capilli: Aff. קְוֻצּוֹתָיו תַּלְתַּלִּים *Capilli ejus crispi sunt, Cantic.*5.11. *Sic autem à Succidendo dicti videntur, quasi à* קָצַץ.

קוּר Fodit, Effodit: Præterit. קַרְתִּי *Fodi,* 2. *Reg.*19. *v.*24. Hiph. הֵקִיר Manare, Eructare. Præter. cum Infin. כְּהָקִיר *Sicut manat, eructat puteus aquas suas,* כֵּן הֵקֵרָה רָעָתָהּ *Ita manat illa malitiam suam, Jer.*6.7.

קוּרִים *m. p.* Telæ: Conſtr. וְקוּרֵי עַכָּבִישׁ *Et telas araneæ texunt, Jeſa.*59.5. Aff קוּרֵיהֶם *Telæ eorum, v.*6.

מָקוֹר *m.* Scaturigo, Fons, Profluvium: מָקוֹר נִפְתָּח *Fons apertus, Zach.*13.1. Conſtr. מְקוֹר דָּמֶיהָ *Profluvium ſanguinis ejus, Lev.*20.18. Aff. יְהִי־מְקוֹרְךָ בָרוּךְ *Sit ſcaturigo tua benedicta, Prov.*5.18.

קוש Tendiculam ponere: Fut. יְקוֹשׁוּן *Tendiculam ponunt, Jeſa.*29.21. *Convenit cum* יָקֹשׁ.

קטב קֶטֶב *m.* Succiſio, Excidium: Lues, Exitium: שַׁעַר קֶטֶב *Turbo excidii, Jeſ.*28.2. *id eſt, Exitialis*: מִקֶּטֶב *Pſal.*91.6. *Affine eſt Verbo* חָטַב *Succidere. Nam Kimchi Hoſ.*13.*v.*14. *citat Targum Hieroſolymitanum*, לְמִקְטַב אָעִין *Ad ſuccidendum ligna, pro Hebræo* לַחְטוֹב עֵצִים. *Noſtræ tamen editiones hodie habent* לְמִקְטַע *Deut.*19.5.

קָטוֹב *m.* Idem. Aff. קָטָבְךָ *Exitium tuum, Hoſ.*13.14. *ſervato Kametz ab initio præter morem iſtius formæ. Simile tamen eſt mox in* קָטֹן.

קטל Occidit, Interfecit, Interemit, Enecavit: Futur. יִקְטָל עָנִי *Interficiet pauperem, Job.*24.*v.*14. אִם־תִּקְטֹל *Si occideres, Pſal.*139.19. Chald. Partic. הֲוָה קָטֵל Fuit occidens, id eſt, occidebat; Dan 5.19. Paſsivum Pehil, קְטִיל Interfectus fuit, v.30. Fœmin. עַד דִּי קְטִילַת Donec interfecta eſſet; Daniel.7.v.11. Pahel Præter. קַטִּל הִמּוֹן Interfecit eos, Daniel.3.22. Infin. לְקַטָּלָה Ad interficiendum, Dan.2.14. Ithpeh. Infin. לְהִתְקְטָלָה Ad interficiendum, Daniel. 2. v.13. Ithpah. Partic. Plural. וְחַכִּימַיָּא מִתְקַטְּלִין Ut ſapientes interficerentur, Dan.2.13.

קֶטֶל *m.* Occiſio, *Obad. v.*9.

קָטֹן Minus, Parum, Parvum eſſe: Præterit. קָטֹנְתִּי מִכֹּל־הַחֲסָדִים *Minor vel impar ſum omnibus his*

beneficiū, *Gen.*32.10. Futur. וַתִּקְטַן *Et parum fuit vel visum fuit hoc*, 2.*Sam.*7.19. Hiph. Infinit. לְהַקְטִין *Ad minuendum*, *Amos* 8.5.

קָטֹן *masc.* Parvus, Minor, Minimus: דָּבָר קָטֹן אוֹ גָדוֹל *Rem parvam aut magnam*, 1.*Sam.*22.15. Constr. קְטֹן בָּנָיו *Minimus filiorum ejus*, 2.*Paral.*21.17. Aff. קָטָנִּי *Minimus meus, scilicet, digitus*, 1.*Reg.*12.10. *Simile vide paulò antè in* קטב.

קָטָן *m.* Idem; בֵּן קָטָן *Filius parvus*, 2.*Sam.* 9.12. Aff. מִקְּטַנָּם *A minimo eorum*, *Jer.*6.13. Plural. נְעָרִים קְטַנִּים *Pueri parvi*, 2.*Reg.*2.23. Constr. קְטַנֵּי־אָרֶץ *Minima terra*, *Prov.*30.24. Fœmin. עִיר קְטַנָּה *Civitas parva*, *Eccl.*9. v.14. Plural. לְיוֹם קְטַנּוֹת *Diem parvarum*, *Zachar.*4.10. *scil. rerum*, *Parvorum operum*: אֶל־הַקְּטַנּוֹת מִמֵּךְ *Ad minores te*, *Ezech.*16.61.

קטף Decerpsit, *Ezech.*17.4. וְקָטַפְתָּ מְלִילֹת *Et decerpes spicas*, *Deut.*23.25. Niph. Futur. לֹא יִקָּטֵף *Non decerpetur*, *Job.*8.12.

קטר Pih. קִטֵּר Adolevit, Suffivit, Suffumigavit, Suffitum, Fumum fecit: Præter. קִטְּרוּ שָׁמָּה *Suffitum faciebant illic*, 2.*Reg.*23.8. Particip. מְקַטְּרִים לוֹ *Adolentes ei*, 2.*Reg.*18.4. Pyh. Partic. מְקֻטֶּרֶת מוֹר *Suffumigata myrrhâ*, *Cant.*3.6. Hiph. Præt. וְהִקְטִיר עָלָיו *Et adolebit super eo*, *Exod.*30.7. Particip. מַקְטִיר *Adolens*, 1.*Reg.*3.3. Infinit. וְהַקְטִיר אִתּוֹ *Et suffitum adoleri curabat in eo*, 1.*Regum* 9.25. & אִתּוֹ *juxta Hebræos & Chaldæum idem est quod* עָלָיו. Hoph. Partic. מֻקְטָר *Suffimentum fiet*, *Malach.*1.11. *Potest & Nomen esse*, Suffitus. Futur. כָּלִיל תָּקְטָר *Prorsus adoletor*, *Lev.*6.22. *al.*15.

קִטֵּר *m.* Suffitus, *Jer.*44.21.

קִיטוֹר *m.* Fumus, *Gen.*19.28. Exhalatio, *Psal.*148.8.

קְטוּרָה *f.* Suffitus, *Deut.*33.10.

קְטֹרֶת *f.* Idem; קְטֹרֶת זָרָה *Suffitum alienum*, Exod.30. v.9. Aff. וּקְטָרְתִּי *Et suffitum meum*, Ezech.16.18. & 23.41.

קְטֻרוֹת *f.* Fumigatum, Caminatum: Plural. חֲצֵרוֹת קְטֻרוֹת *Atria caminata*, Ezech.46.22. *caminis & vaporariis instructa, propter sacrificia, quæ ibi coquebantur. Hebræi; Conjuncta, Coagmentata, ex significatione Chaldaica, quâ* קטר *idem quod* קשר.

קִטֵּר *masc.* Suffimentum; *Malach.* 1.11. Thymiaterium; *Unde* Constr. מִקְטַר קְטֹרֶת *Thymiaterium suffitus*, *Exod.*30.1.

מִקְטֶרֶת *f.* Suffimentum, Thuribulum, 2.*Par.*26.19. Aff. מִקְטַרְתּוֹ *Thuribulum suum*, Ezech.8.11.

מְקַטְּרוֹת *f.p.* Suffitoria, Aræ thurariæ, 2.*Par.*30.14.

קְטַר Chald. *Ligavit*, *Colligavit*, in Thargum idem quod Hebraicè קָשַׁר. *Hinc quidam exponunt* קְטֻרוֹת *Alligata*, Ezech.46.22.

קִטְרִין m.p. *Nodi*, *Vincula*, Dan.5.12. Construct. וְקִטְרֵי חַרְצֵהּ Et cingula lumborum ejus, v.6.

קַיִט *m.* Chald. *Aestas*, Dan.2.35. ab Hebræo קַיִץ, mutato צ in ט, ut sæpè.

קַיִן *m.* Lancea, Hasta: Aff. וּמִשְׁקַל קֵינוֹ *Et pondus lanceæ ipsius*, 2.*Sam.*21.16.

* **קִיץ** *Vide suprà in* קוץ.

קִיק קִיקָיוֹן *m.* Ricinus, *Jona* 4. *v.*6. *Virgultum vel arbuscula ramos suos in longum extendens, in altum crescens, & umbram faciens, scribit Kimchi. Quæ præterea ex Talmudicis adducit, extant in Cod. de Sabbatho, cap.*2.*fol.*21.

קִיר *m.* Paries, Murus, *Lev.*1.15. Plural. אֶת־קִירוֹת הַבַּיִת *Parietes domus*, 1.*Reg.*6.5. קִירוֹת לִבִּי *Parietes cordis mei*, *Jerem.*4.19. *id est*, Præcordia.

קִרְקַר Pih. Destruxit, *Num.*24.17. *cum Pathach ab ini-*

tio ex forma Chaldaica. Particip. מְקַרְקַר קִר *Destruens parietem, Jesa.22.5.*

* קַל Nomen Chaldaicum, vide suprà in קול.

קלה Torrefecit, Assavit: Præter. קָלָם *Torrefecit eos, Jer.29.22.* Partic. Pahul, קָלוּי בָּאֵשׁ *Tostas igne, Levit.2.14.* Niph. נִקְלָה Vilescere, Vilem reddi vel haberi, *Deut.25.3.* Partic. טוֹב נִקְלֶה *Melior est vilis, Proverb.12.9.* אִישׁ רָשׁ וְנִקְלֶה *Vir pauper & vilis, 1.Sam.18.23.* Hiph. Partic. מַקְלֶה אָבִיו *Vilipendens patrem suum, Deut.27.16.*

קָלִיא, קָלִי *m.* Tostum, *Lev.23.14. 1.Sam.17.17.*

קָלוֹן *m.* Levitas, Ignominia, Vilitas, *Psalm.83.17.* בָּא זָדוֹן וַיָּבֹא קָלוֹן *Veniente superbiâ venit etiam ignominia, Prov.11.2.* Aff. קְלוֹנֵךְ *Ignominia tua, Jer.13.26.*

קִיקָלוֹן *m.* Vomitus ignominiosus, *Hab.2.16. vide* קיא.

קלח קַלַּחַת *f.* Lebes, Ahenum, Olla: *1.Sam.2. v.14.* וְכַבָּשָׂר בְּתוֹךְ קַלָּחַת *Et sicut caro in aheno, Mich.3.3.*

קלט קָלוּט *m.* Contractum, Curtum membro uno, *Lev.22.23. Onkelos,* חָסִיר *Deficiens; cujus oppositum,* שָׂרוּעַ *Redundans.*

מִקְלָט *m.* Asylum, Receptus, Refugium, *quasi Retractum dicas, Num.35.6.* Aff. אֶל עִיר מִקְלָטוֹ *Ad urbem refugii ejus, v.25.*

קלל Levari, Levem, Velocem, Vilem esse vel haberi, Vilescere: *Est quantitatis & qualitatis.* Præt. כִּי קַלּוֹתָ *Postquam vilueris, Nah.1.14.* יָמַי קַלּוּ *Dies mei velociores fuerũt, Job.7.6.* הֲקַלּוּ הַמַּיִם *An levatæ essent aquæ, Gen.8.8.* Niph. Præter. וּנְקַלֹּתִי *Et levem habuero me, id est, Abjecero me, 2.Sam.6.22.* Partic. נָקֵל *Leve est, Jesa.49.6.* Fœmin. עַל־נְקַלָּה *Per leviculum, rem leviculam,*

lam, Jer.6.14. הֲנְקַלָּה בְעֵינֵיכֶם *An leviculum est in oculis vestris, 1.Sam.18.23.* Futur. וָאֵקַל *Et levis habita sum*, pro אֵקַל, *Gen.16.5.* יֵקַלּוּ *Leves erunt, Jes.30.16.* וּבֹזַי יֵקָלּוּ *Contemptores mei leves fient, 1.Sam.2.30.* Pih. קִלֵּל Maledicere, Blaſphemare, Exſecrari. *Regit Accuſ. ut oppoſitum ejus* בֵּרַךְ Benedixit. Præter. אָבִיו וְאִמּוֹ קִלֵּל *Patri ſuo & matri ſuæ maledixit, Levit.20.9.* Particip. הוֹצֵא אֶת־הַמְקַלֵּל *Educ maledicentem, blaſphemum, Levit.24.14.* Hinc irregulare, מְקַלְלוּנִי *Maledicit mihi, Jerem.15.10. compoſitâ formâ ex* קלה *&* קלל, *quaſi* קְלוּנִי *Ignominiâ afficiunt me, &* מְקַלְלֵנִי *Maledicit mihi quiſq;*. Et geminatâ primâ radicali קִלְקַל Lævigavit, Terſit, Expolivit, *Ezech.21.21. Eccleſ.10.10.* Pyh. Partic. וּמְקֻלָּלָיו *Et maledicti ejus, ſive, ab eo, Pſalm.37.22.* Futur. יְקֻלָּל *Maledicetur, Jeſa.65.20.* Hiph. הֵקַל Levare, Allevare, Leve & vile reddere, Vilipendere. Præter. הֵקַל אַרְצָה *Allevavit terram, Levius affecit, Jeſ.9.1.* וּמַדּוּעַ הֱקִלֹּתַנִי *Et quare vilipendiſti me? 2.Sam.19.43.* Infin. לְהָקֵל *Ad levandum à ſe, Jonæ 1.5.* Hithp. Præter. הִתְקַלְקָלוּ *Leviter vel velociter movent ſe, Levantur, Jer.4.24.*

קַל *m.* Levis, Velox, Celer: קַל בְּרַגְלָיו *Levis pedibus ſuis, Amos 2.15.* מְהֵרָה קַל *Citò & levis, Velociſſimè & leviſſimè, Jeſ.5.26. Et verſim,* קַל מְהֵרָה, *Joel.4.4.* Plur. קַלִּים *Leves, Thren.4.19.* Fœmin. קַלָּה *Velox, Jer.2.23.*

קֹל *m.* Levitas, *Jer.3.9. juxta Maſoram, Targum, & alios.*

קָלָל Terſum, *Ezech.1.7.*

קְלָלָה *f.* Maledictio, Exſecratio, *Gen.27.12.* Conſtr. קִלְלַת חִנָּם *Maledictio gratis, id eſt, immerita, Prov.26.2.* Aff. קִלְלָתְךָ *Maledictio tua, Geneſ.27.13.*

קְלוֹקֵל *m.* Viliſſimus, *Numer.21.5.*

קלס

Pih. קִלֵּס Ludificavit, Eluſit: Inf. לְקַלֵּס אֶתְנָן *Eludendo mercedem, Ezechiel.16.v.31.* Hithp.

Futur. בְּמְּלָכִים יִתְקַלָּס *Regibus illudet, Habac.*1.10.
קֶלֶס *m.* Ludificatio, Illusio, *Jerem.*20.8.
קַלָּסָה *f.* Idem, *Ezech.*22.4.

קָלַע Sculpsit, Incidit: *Item*, Fundâ-mittere vel projicere, *ex Nomine petitâ significatione.* Præterit. קָלַע *Incîdit sculpturis*, 1.*Reg.*6.29. Particip. קֹלֵעַ בָּאֶבֶן *Fundâ mittens lapidem*, *Jud.*20.16. Pih. Futur. וַיְקַלַּע *Et fundâ misit*, 1.*Sam.*17.49.
קֶלַע *masc.* Funda, 1.*Sam.*25.29. Aff. קַלְעוֹ *Funda ejus*, 1.*Sam.*17.40. Plural. וְאַבְנֵי קְלָעִים *Et lapides fundarum*, 2.*Paralip.*26.14. *Item*, Tapetes ocellati, *Exod.*27.v.9. Valvæ incisæ, 1.*Reg.*6.34. Construct. אֶת־קַלְעֵי הֶחָצֵר *Tapetes ocellatos atrii*, *Exod.*35.17.
קַלָּעִים *m.p.* Funditores, 2.*Reg.*3.25.
מִקְלַעַת *f.* Incisura, Sculptura, 1.*Regum* 6.18. Plural. מִקְלְעוֹת *Incisuræ Cherubim*, *v.*29.

קלשׁ קִלְּשׁוֹן *masc.* Furca; *Instrumentum (scribit Kimchi) ferreum, habens dentes, quo fimus & palea sive stramen removetur*: לִשְׁלֹשׁ קִלְּשׁוֹן *Triplici seu Tridente furcâ*, 1.*Sam.* 13.21. *id est*, קִלְּשׁוֹן שְׁלֹשׁ הַשִּׁנַּיִם *Furcâ trium dentium.*

קֶמַח *m.* Farina, *Genes.*18.6. וְטַחֲנִי קֶמַח *Et mole farinam*, *Jesa.*47.2.

קָמַט Corrugavit, Rugas contraxit seu obduxit: Futur. וַתִּקְמְטֵנִי *Et rugas obduxisti mihi*, *Job.*16.8. Pyh. Præter. אֲשֶׁר קֻמְּטוּ *Qui corrugati sunt*, *Job.*22.16. *R.Levi & Aben Esra*, נִכְרְתוּ Excisi sunt *ex hoc mundo per diluvium. Solent autem cadavera hominum aquis mersa Corrugari.*

קָמַל Languere, Exarescere, Marcescere, Marcidum fieri: Præter. קָמַל *Languebat*, *Jesa.*33.9.

R.Salo-

R.Salomon, Exaruit ac proinde excisus fuit: קָמְלוּ *Languebant*, Jesa.19.6. R.Salomon, *Exarescent, exsiccatis scilicet fluminibus. Aben Esra, Exscindentur.*

קָמַץ Collegit in pugillum, *q.d. Pugillavit*: Præter. וְקָמַץ מִשָּׁם *Et collegit inde*, Lev.2.2.

קֹמֶץ *m.* Pugillus, Manipulus, à Colligendo: מְלֹא קֻמְצוֹ *Plenum pugillum suum*, Lev.2.2. Aff. בְּקֻמְצוֹ *Pugillo suo*, Lev.6.15. Plural. לִקְמָצִים *Ad manipulos, manipulatim, copiosos manipulos frumenti*, Gen.41.47.

קמש קִימוֹשׁ, קִמּוֹשׁ *m.* Carduus, Chamæleon, *Cardui species*, Jes.43.13. קִימוֹשׁ יִירָשֵׁם *Chamæleon possidebit ea*, Hos.9.16. *Quidam*, Urtica.

קִמְּשׂוֹנִים *m. p.* Cardui, *Prov.*24.31. *Distinguitur hîc à* חָרוּל *Urtica, quomodo quidam reddunt.*

קנא Pih. קִנֵּא Zelotypus fuit, Zelo affectus, Zelo prosecutus fuit: Ad zelum movit vel commovit. *Cum præposit.* ל *constructum, in bonum sumitur; cum* ב *ferè in malum, notat Ab.Esra, Zach.*1.14. *Hinc est etiam* Invidere, Æmulari: *nam Aemulationis affectus ex Invidia plerunque nascitur.* Præter. קִנֵּא לֵאלֹהָיו *Zelotypus fuit pro Deo suo, Num.*25.13. וְקִנֵּא אֶת־אִשְׁתּוֹ *Et zelotypus fuerit uxoris suæ, Num.*5.14. קִנֵּאתִי בַּהוֹלְלִים *Invidebam insanientibus, Psal.*73.3. Futur. וַיְקַנְאוּ אֹתוֹ *Inviderunt ei, Genes.*26.14. Hiph. הִקְנִיא Zelare fecit, Ad Zelotypiam commovit, concitavit, provocavit. Partic. מַקְנֶה *Ad zelotypiam provocans, Ezech.*8.3. *ad formam Quiescentium tertiâ* ה. Futur. אַקְנִיאֵם *Ad zelotypiam commovebo eos, Deuter.*32.21.

קַנָּא *m.* Zelotes, *Exod.*20.5.

קַנּוֹא *m,* Idem, *Jos.*24.19.

קִנְאָה *fœm.* Zelotypia, Zelus, Invidia, Invidentia,

Æmulatio: Constr. קִנְאַת יְהוָה *Zelus Domini exercituum*, *Jesa.37.v.32.* Aff. וּבְאֵשׁ קִנְאָתוֹ *Et igne cœli ejus*, *Soph.*1.18. Plural. מִנְחַת קְנָאוֹת *Oblatio zelotypiarum*, *Numer.*5.15.

קנה Comparavit, Emit, Acquisivit, *acquisitum* Possedit: Præter. אֲשֶׁר קָנָה *Quem emerat*, *Gen.*25.10. יְהוָה קָנָנִי *Dominus possedit me*, *Prov.*8.22. Particip. קוֹנֶה לֵּב *Possidet animum*, *Prov.*15.32. Infinit. לִקְנוֹת בַּכֶּסֶף *Ad emendum pecuniâ*, *Amos* 8.6. Futur. per Apocopam, וַיִּקֶן *Ut emat*, *Genes.*33.19. Niph. Præter. וְנִקְנָה הַשָּׂדֶה *Et comparabitur ager*, *Jer.*32.43. Futur. עוֹד יִקָּנוּ בָתִּים *Adbuc comparabuntur domus*, *v.*15. Hiph. Præter. הִקְנַנִי *Possidere fecit me*, *Zach.*13.5. *scil. terram*, *juxta Ab. Esram*; *vel*, *Pecuarium fecit me*, *Pecoribus custodiendis præfecit me*, *juxta R.Salom. ex significatione Nominis derivati* מִקְנֶה.

קנה *m.* Possessor, Emptor; כַּקֹּנֶה כַּמּוֹכֵר *Sicut emptor sic venditor*, *Jesa.*24.2.

קנה *masc.* Canna, Calamus, Culmus, Arundo, Calamus odoratus, Calamus mensorius, Scapus *in statera*, *unde bilances dependent*: קָנֶה רָצוּץ *Arundinem quassatam*, *Jesa.*42.3. קִדָּה וְקָנֶה *Casia & calamus odoratus*, *Ezech.* 27.19. Constr. בִּקְנֵה הַמִּדָּה *Calamo mensuræ*, *id est*, *mensorio*, *Ezech.*42.16. *Hic fuit sex cubitorum*, *ut dicit Targum Ezech.*40.5. *& R.David ibid. ad versum* 6. Aff. מִקָּנָה *De canna sua*, *vel lacerto suo*, *Job*, 31.*v.*22. *& sic vocatur Os longum brachii instar Calami*, *à junctura cubiti usque ad juncturam humeri*, *scribit Kimchi. Deest Mappik*, *quod Chaldæus expressit*: Plural. קָנִים *Rami*, *Calami*, *Exod.*25.32. Constr. קְנֵי מְנֹרָה *Calami candelabri*, *vers.*32. Fœmin. cum Aff. וּקְנוֹתָם *Et calami eorum*, *v.*36.

קִנְיָן *m.* Possessio, Acquisitio, Negotiatio: עֹשֶׂה מִקְנֶה וְקִנְיָן *Facientem pecuariam & negotiationem*, *Ezech.*38. *v.*12. Constr. קִנְיַן כַּסְפּוֹ *Acquisitione pecuniæ suæ*, *Levit.* 22.11. Aff. מִקְנֵה קִנְיָנוֹ *Pecus acquisitionis suæ*, *Gen.*31.18. Plural. קִנְיָנֶיךָ *Possessionibus tuis*, *Psal.*104.24.

מִקְנָה *m.* Acquisitio, Possessio, Emptio, Comparatio: אֶת־סֵפֶר הַמִּקְנָה *Librum emptionis*, *Jerem.*32.11. לְמִקְנָה *In possessionem*, *Gen.*23.18. Constr. כָּל־מִקְנַת כַּסְפּוֹ *Et omnem emptionem argenti sui*, *Gen.*17.23. Aff. תַּרְבֶּה מִקְנָתוֹ *Augebis emptionem ejus*, *Lev.*25.16. *id est*, *emptionis pretium.*

מִקְנֶה *m.* Pecus, Possessio, *maximè pecuaria*: אַנְשֵׁי מִקְנֶה *Homines pecoris*, *i.e. pecuarii*, *Gen.*46.34. מִקְנֶה כָּבֵד מְאֹד *Possessio gravis valdè*, *Exod.*12.38. Const. מִקְנֵה צֹאן וּמִקְנֵה בָקָר *Possessio ovium & possessio boum*, *Gen.*26.14. Aff. מִקְנֵהוּ *Possessio ejus*, *Job.*1.*v.*3. Plural. cum Aff. יִרְעֶה מִקְנֶיךָ *Pascet pecora tua*, *Jesa.*30.23.

קנם קִנָּמוֹן *m.* Cinnamomum, *Cant.*4.14. Const. וְקִנְּמָן־בֶּשֶׂם *Cinnamomi aromatis*, *id est*, *odorati*, *Exod.*30.23.

קנן Pih. קִנֵּן Nidificare. Præt. קִנְּנוּ *Nidificaverunt*, *Ezech.*31.6. Futur. תְּקַנֵּן *Nidificabit*, *Jer.*48.28. Pyh. Partic. fœmin. מְקֻנַּנְתְּי *Quæ facta es ut nidificares*, *Jer.*22.23. *forma est ex Præt. & Participio composita.*

קֵן *m.* Nidus, *Psal.*84.4. Constr. קַן־צִפּוֹר *Nidus avis*, *Deut.*22.6. Aff. קִנֶּךָ *Nidum tuum*, *Num.*24.21. Plural. קִנִּים *Nidos*, *Gen.*6.14, *id est*, *Mansiones*.

* **קנץ** קִנְצֵי *Vide infrà in* קֵצֶּ.

קסם Divinavit. Partic. קֹסֵם קְסָמִים *Divinans divinationes*, *Deut.*18.10.

קֶסֶם *m.* Divinatio, *Ezech.*21.21. *In bonum sumitur Proverb.*16.10. *& potest dici* Sagacitas: Oraculum. Plural. קְסָמִים

קְסָמִים *ut antè*: וּקְסָמִים בְּיָדָם *Et divinationes erant in manibus suis, Num.22.7. Vide R.David Jer.14.14.*

מִקְסַם *m.* Divinatio, *Ezech.12.24.*

רגז Contremiscere, Commoveri, *irâ vel pavore.* Præt. וְרָגַז *Sive commoveatur*, *Prov.*29.9. רָגְזָה לְךָ *Commotum est tibi, id est, tuâ causâ*, *Jesa.*14.9. Infinit. cum ה paragogico, רְגָזָה *Commoveri*, *Jes.*32.11, *Forma irregularis. Est autem Enallage Infinitivi pro Imperativo, Commovemini; Unde quidam pro* רְגַזְנָה *positum existimant. Sunt alia duo ibidem similia: Vide* פָּשַׁט, Imper. רִגְזוּ *Commovemini*, *Psal.*4.5. Futur. וַתִּרְגְּזִי־לִי *Et commota es propter me*, *Ezech.*16.43. Hiph. הִרְגִּיז Commovit; Ad iram provocavit. Præter. הִרְגִּיז מַמְלָכוֹת *Commovet regna*, *Jesa.*23.11. Partic. מַרְגִּיז אֶרֶץ *Commovens terram*, Job.9.6. Plur. Conft. לְמַרְגִּיזֵי אֵל *Commoventibus Deum*, *id est, ad iram provocantibus*, *Job.*12.6. Chald. Præterit. מִן־דִּי הַרְגִּזוּ Ex quo provocarunt ad iram patres nostri לֶאֱלָהּ שְׁמַיָּא Deum cœli, Esr.5.12. Hithp. Infinit. יַעַן הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי *Propter commoveri te ad me*, 2.*Reg.*19.28. *id est, Quoniam furis contra me.*

רַגָּז *m.* Trepidus, Commotus: לֵב רַגָּז *Cor trepidum*, *Deut.*28.65.

רֹגֶז *m.* Commotio : חָדְלוּ רֹגֶז *Desistunt à commotione*, *Job.*3.26.

רְגַז *masc.* Chaldaic. *Ira*, *Commotio*: בִּרְגַז Per iram, Dan.3.13.

רָגְזָה *f.* Commotio, *Ezech.*12.18.

אַרְגָּז *m*, *Vide suo loco in Aleph*.

רגל Obtrectare, Detrahere; *R. Sal. confert hoc verbum cum* רכיל *quasi* כ *&* ג *inter se permutentur*. *Vide eum Lev.*19.16. Præter. לֹא רָגַל עַל־לְשֹׁנוֹ *Non obtrectat lingua sua*, *Psal.*15.3. Pih. רִגֵּל Idem: *Item*, Explorare: Partic. מְרַגְּלִים אַתֶּם *Exploratores estis*, *Gen.*42.9. כִּמְרַגְּלִים אֶת־הָאָרֶץ *Tanquam exploratores terram*, *v.*30. Infin. לְרַגֵּל *Ad explorandum*, *Jos.*14.7. Fut. וַיְרַגֵּל בְּעַבְדְּךָ אֶל־אֲדֹנִי *Et obtrectatorem egit in servum tuum apud Dominum meum*, 2.*Sam.*19.27. *id est*, *Detulit*, *Traduxit*. Hiph. הִרְגִּיל Assuefecit. Præt. irregulare, תִּרְגַּלְתִּי לְאֶפְרַיִם *Assuefeci Ephraimum*, *Hos.*11.3. *q.d. Pedavi*, *id est*, *Ire vel incedere feci*; *&* ת *est loco* ה *ab initio*, *præter normam*.

רֶגֶל *c. sed fœm. sæpius*, Pes : רֶגֶל יְשָׁרָה *Pes rectus*, *Ezech.*1.7. Aff. מִכַּף רַגְלְךָ *A planta pedis tui*, *Deut.*28.35. Dual. רַגְלַיִם *Pedes*, *bini propriè* : *sed quadrupedibus etiam*, *ac insectis tribuitur*, *quòd in illis bis bini pedes*, *aut duo ordines pedum*, *loco duorum sint* : מַרְבֵּה רַגְלַיִם *Multum sive numerosum pedibus*, *Lev.*11.42. Constr. וְרַגְלֵי הָאֲנָשִׁים *Et pedes virorum*, *Genes.*24.32. Aff. מֵסִיךְ הוּא אֶת רַגְלָיו *Tegit ipse pedes suos*, *Jud.*3.24. *id est*, *Alvum purgat*, *quòd sic honestè per periphrasin dicitur*: *Vide etiam* 1.*Sam.*24.3. קַל בְּרַגְלָיו *Levis pedibus suis*, 2.*Sam.*2.18. רַגְלֵיהֶם לָרַע יָרוּצוּ *Pedes ipsorum ad malum currunt*, *Proverb.*1.*v.*16. *ubi masculinum*, *Potest tamen hîc subintelligi Præpositio* ב, *pro* בְּרַגְלֵיהֶם *Pedibus suis ad malum currunt*, *scil. impii* : בְּטֶרֶם יִתְנַגְּפוּ רַגְלֵיכֶם *Antequam offendentur pedes vestri*, *Jerem.*13.16.

hic masc. est. Vide & Prov. 7.11. Chal. ועל רגלין Et in vel super pedes, Dan. 7.4. Quod autem vidisti רַגְלַיָּא pedes, Dan. 2.41. Aff. רַגְלוֹהִי Pedes ejus, Daniel. 2. v. 33. ברגליה In pedibus suis, Dan. 7.7. & בְּרַגְלַיהּ v. 19.

רֹגֵל Rogel, *nomen proprium Fontis, Jos.* 15.7. *Chaldæus,* קַצָּרָא *Fullo, sic dictus, inquiunt R. Salom. & Kimchi, quòd pannos inter lavandum pedibus calcat.*

רַגְלִי *m.* Pedes, Pedites, *Num.* 11.21. Plur. כִּי אֶת־רַגְלִים רַצְתָּה *Quia cum peditibus cucurristi, Jer.* 12.5.

רְגָלִים *m. p.* Vices, *quasi Repedationes vel Coitiones dicas:* שָׁלֹשׁ רְגָלִים *Tribus vicibus, Exod.* 23.14. *Chaldæus* זִמְנִין Temporibus.

מַרְגְּלוֹת *f. p.* Stragulæ pedales: Aff. וְגִלִּית מַרְגְּלֹתָיו *Et retegas pedales stragulas ejus, Ruth.* 3.4. *Kimchi & Ab. Esra simpliciter explicant,* רַגְלָיו *Pedes ejus; & sic* וּמַרְגְּלֹתָיו *Et pedes ejus, Dan.* 10.6.

רגם Lapidavit, Lapidibus obruit: Præt. וְרָגְמוּ אֹתוֹ *Et lapidabunt eum, Lev.* 24.14. Infinit. cum Fut. רָגוֹם יִרְגְּמוּ־בוֹ *Lapidando lapidabunt in eum, v.* 16.

רֶגֶם Regem, *nomen proprium principis, Zach.* 7.2.

רִגְמָה *f.* Cætus: Aff. רִגְמָתָם *Cætus eorum, Psal.* 68.28. *i. e.* קְהָלָם *ut Kimchi explicat in libr. Radicum: vel* קִבּוּצָם *Congregatio, Cætus collectus ipsorum, ut habet in Commen. Alii aliter.*

מַרְגֵּמָה *f.* Balista, Funda: כִּצְרוֹר אֶבֶן בְּמַרְגֵּמָה *Secundùm ligare lapidem in balista, Proverb.* 26.8. *id est, Sicut aliquis lapidem alligat vel applicat balistæ, ut eam ejaculetur: sic gloria, quæ stulto tribuitur, citò ab illo transit. Chaldæus* בקלעא : *LXX.* ἐν σφενδόνῃ *In funda. Aliis,* Acervus lapidum, *unde Aben Esra inquit: Ut ligamen lapidis pretiosi in acervo lapidum vulgarium: ita honoris exhibitio stolido. Aliis* Purpura, *quasi idem quod* אַרְגָּמָן, *quem*

quem sensum Kimchi adducit. Eôdem respexisse videtur R.Levi, inquiens: Ut est ligatio lapidis vilis in re pretiosa: sic honor in stulto.

רגן Susurrare, Murmurare, Mussitare: Part. וְרֹגְנִים *Et murmurantes, Jesa.29.24. id est,* Susurrones, Obstreperi, *murmurantes contra verba prophetarum, ut R.Salomon exponit.* Niph. Particip. דִּבְרֵי נִרְגָּן *Verba susurronis vel murmuratoris, Proverb.16.28.* Futurum, וַיֵּרָגְנוּ בְאָהֳלֵיהֶם *Et murmurarunt in tentoriis suis, Psalmo 106.25.*

רגע Disrupit: Disruptus, Fissus fuit: Præter. עוֹרִי רָגַע *Cutis mea disrumpit se, Job.7.5.* רָגַע הַיָּם *Disrupit mare, Job.26.12.* Niph. נִרְגַּע Quietum esse. Imperat, הֵרָגְעִי *Quiesce, quieta esto, Jerem.47.6.* Hiph. הִרְגִּיעַ Quievit, Quietum reddidit, Quiescere fecit: Præter. שָׁם הִרְגִּיעָה *Ibi quiescit, Jesa.34.14.* Infinit. לְמַעַן הִרְגִּיעַ אֶת־הָאָרֶץ *Ut quietam reddat hanc terram, Jerem.50.34.* ה *cum Chirek loco Pathach, cui simile vide in* נצל *in Hiphil.* Futur. אַרְגִּיעַ *Quiescere faciam, Jesa.51.4.* Cum ה paragogico, אַרְגִּיעָה *Quiescam momentum, Jer.49.19. significatio petita ex Nomine derivato* רֶגַע Momentum: *Sic,* וְעַד אַרְגִּיעָה *Donec momentũ transigam, Prov.12.19.*

רֶגַע *masc.* Momentum, *quasi Fragmentum temporis minutissimum:* רֶגַע אֶחָד *Momento uno, Exod.33.5.* וּבְרֶגַע *Et in momento, Job.21.13. juxta R.Levi:* Chald. בְּמַרְגּוֹעָא Cum quiete: *Aben Esra,* Absq; afflictionibus, *id est, Quietè:* Plural. לִרְגָעִים *Ad momenta, singulis momentis, Jesa.27.3.*

רָגֵעַ *m.* Quietus: Plural. Constr. רִגְעֵי, *Psal.35.20.*

מַרְגּוֹעַ *m.* Requies, *Jer.6.16.*

מַרְגֵּעָה *f.* Idem, *Jesa.28.12.*

רָגַשׁ Tumultuari, Tumultuosè concurrere vel convenire: Præt. לָמָּה רָגְשׁוּ גוֹיִם *Quare tumultuantur gentes? Psalm.*2.1. Chald. Præter. Aphel הַרְגִּשׁוּ עַל מַלְכָּא Convenerunt ad regem, Dan.6.7.

רֶגֶשׁ *masc.* Cætus conveniens, Frequens conventus: בְּרֶגֶשׁ *In vel cum cætu frequenti, Psal.*55.15.

רִגְשָׁה *f.* Tumultuatio, Societas; Constructt. מֵרִגְשַׁת *Psalm.*64.3.

רָדַד Extendit, Expandit, Diduxit: *Metaphoricè,* Stravit, Substravit, Subdidit. Partic. הָרֹדֵד עַמִּי *Qui substernit populum meum mihi, Psal.*144.2. *ubi Masorethæ notant; Tria scribi* עַמִּי, *quæ existimantur legenda* עַמִּים *numero plurali. Reliqua duo loca sunt,* 2.*Sam.*22. *v.*44. *Thr.*3.14. Infinit. לָרֹד *Ad sternendum, Jesa.*45.1. Hiph. Futur. וַיָּרֶד עַל הַכְּרוּבִים *Et diduxit super Cherubim,* 1.*Reg.*6.32.

רְדִיד *m.* Carbasus: Pallium muliebre, Peplum: *Juxta Aben Esram, Ornamentum muliebre est, quod expanditur:* Aff. רְדִידִי *Carbasum meum, Cant.*5.7. Plural. רְדִידִים *Carbasa, Jesa.*3.23.

מוּרָד *m.* Diductum: מַעֲשֵׂה מוֹרָד *Opere ducto vel extenso,* 1.*Reg.*7.29. *Kimchi scribit hic, esse idē quod* רָקוּעַ. *Nam Chaldæus verbum* יְרַקְּעוּ *reddit* רַדִּידוּ *Exod.*39.3.

רָדָה Dominari, Dominium, Dominatum exercere, *& sic ferè construitur cum Præposit.* ב: *Item,* Capere, Accipere, Desumere. Præter. רָדָה הַדְּבַשׁ *Desumpsit mel illud, Judic.*14.9. וְרָדוּ בָכֶם *Et dominium exerceant in vos, Levit.*26.17. Et sic cum Accusativo, וּרְדִיתֶם אֹתָם *Et dominati estis eis, Ezech.*34.4. *quasi dicas, Dominio subegistis vel subjecistis illos vobis.* Futur. per Apocopam, וְיֵרְדְּ *Et dominabitur, Psal.*72.8. *pro* וְיִרְדֶּה: Aff. לֹא־יִרְדֶּנּוּ *Non dominabitur in eum, Levit.*25.53. *pro* ירדה-בו

יִרְדֶּה־בּוֹ *ut Kimchi resolvit:* וַיִּרְדֵּהוּ אֶל־כַּפָּיו *Et accepit illud in manus suas, Jud.*14.9. וַיִּרְדֶּנָּה *Et dominabitur ei, Thren.*1.13. יִרְדּוּ עַל יְדֵיהֶם *Capiunt in manus suas, Jer.*5. *v.*31. *scil. munera. Nam sequente nomine* יַד, *Kimchi vult idem esse quod Capere, Accipere: R.Salomon, Dominantur per manus eorum, operâ eorum.* Pih. Futur. per Apocopam, יְרַד *Dominari facit, Dominium tradit, Jud.*5.13. *pro* יְרַדֶּה. Hiph. Futur. וּמְלָכִים יַרְדְּ *Et in reges faciet ut dominetur; Jesa.*41.2. *& subauditur Præpositio* ב; וּבִמְלָכִים.

רדם Niph. נִרְדַּם Somno sopiri, Sopore obrui. Præter. נִרְדַּמְתִּי *Sopore obrutus fui; Dan.*8.18. Particip. וְהוּא נִרְדָּם *Et ipse sopore obruitur; Jud.*4.21. מַה־לְּךָ נִרְדָּם *Quid tibi est somnolente; Jonæ* 1.6. Futur. וַיֵּרָדַם *Et somno sopitus fuit; Jonæ* 1.5.

תַּרְדֵּמָה *f.* Sopor; *Somnus gravis & profundior, ex quo difficulter quis excitatur, Gen.*2.21. Constr. כִּי תַרְדֵּמַת יְהוָה *Nam sopor Domini,* 1.*Sam.*26.12. *id est, maximus & divinitus immissus ceciderat super eos.*

רדף Persecutus, Prosecutus, Secutus, Sectatus, Insectatus est. *Construitur cum Accusativo & Præposit.* אַחֲרֵי. Præter. רָדַף אַחֲרֵי הָרֶכֶב *Persecutus est currus illos, Jud.*4.16. Fut. אֶרְדּוֹף אוֹיְבַי *Persequar inimicos meos, Psal.*18.38. צֶדֶק תִּרְדֹּף *Justitiam sectaberis, Deut.* 16.20. מַה־נִּרְדָּף־לוֹ *Quid persequimur eum, Job.*19.28. Niph. Præter. נִרְדָּפְנוּ *Persecutionem patimur; Thr.*5.5. Partic. אֶת־נִרְדָּף *Consequens, consequentia; Eccles.*3.15. Pih. Præter. וְרִדְּפָה אֶת מְאַהֲבֶיהָ *Et sectabitur amatores suos, Hos.*2.7. Part. מְרַדֵּף רָעָה *Sectaris malum, Prov.*11.19. Futur. יְרַדֶּף־חֹשֶׁךְ *Persequentur tenebræ, Nah.*1.8. Anomalũ ex forma Kal & Pihel; יִרַדֹּף *Persequatur, Ps.*7.5. *compositum ex* יִרְדֹּף *&* יְרַדֵּף. Pih. Præter. וְרִדַּף *Et persecutionem*

cutionem patietur, agitabitur, *Jesa*.17.13. Hiph. Præter. הִרְדִּיפֻהוּ *Persequendum curaverunt eum*, *Judic*.20.43. Hoph. Partic. מֻרְדָּף *Persecutionem patitur, Persecutione agitatur*, *Jesa*.14.6.

רְדִיפָה *fœm.* Persecutio: Consequens, *apud Rabbinos:* הַמּוּרְדָּף *vel* שֵׁם הַנִּרְדָּף *Nomen consecutivum*, *Synonimum.*

רהב Corroboravit: Extulit: *vel intransitivè*, Corroboravit, Extulit se. Imperat. וּרְהַב רֵעֶךָ *Et robora amicum tuum*, *Prov*.6.3. *Juxta Kimchium*, *& Aben Esram*, *Verbum transitivum est.* Futur. יִרְהֲבוּ הַנַּעַר בַּזָּקֵן *Efferent se puer quisque in senem*, *Jesa*.3.5. Hiph. Præter. הִרְהִיבֻנִי *Extulerunt me*, *Cantic*.6.4. Futur. תַּרְהִבֵנִי *Fecisti ut efferret me*, *Psal*.138.3.

רַהַב *m.* Elatio, Superbia, *Job*.9.13. Robur, Fortitudo: רַהַב הֵם שָׁבֶת *Fortitudo eorum vel ipsis est manere*, *Jes*.30.7. *&* הֵם *est pro* לָהֶם *vel Pronomen separatum est loco Affixi*, *ut R. Salom. notat*, *pro* רָהְבָּם *Fortitudo ipsorum:* מָחַץ רָהַב *Discidit elationem*, *id est*, *aquas elatas*, *mare tumidum*, *Job*.26.v.12. *Apellatur &* Ægyptus *hoc nomine*, *propter summam suam superbiam*, *Psalm*.87.4. *Jesa*.51.9. *& alibi sæpius:* Plural. אֶל־רְהָבִים *Ad superbos*, *Psal*.40.5.

רֹהַב *m.* Idem: Aff. וְרָהְבָּם עָמָל וָאָוֶן *Et robur eorum*, (*id est*, *excellentissimum quodque*) *labor & molestia est*, *Ps*.90. v.10. *Quidam volunt esse Infinitivum Kal*, *quibus obstat Dages lene in* ב, *quod in literis* בגד כפת *in eo modo adhiberi non solet. Rectè in Nominibus*: *Vide simile in* ארב.

רהה Formidavit, Timuit: Futurum, וְאַל־תִּרְהוּ *Neq; timeatis*, *Jesa*.44.8. *Jonathan*, תִּתַּבְּרוּן *Consterneminì.*

רהט רָהִיט *masc.* Ambulacrum, *juxta Kimchium in libro Radicum:* Aff. רָהִיטֵנוּ *Ambulacrum nostrum*;

nostrum, Cantic.1.17. Chaldæus & Hebræi prisci, Tignum, Tigillum *exponunt, ut in Aruch videre est, quanquam in Talmud Basileæ edito loca in Aruch citata aliter legantur.*

רְהָטִים *m. p.* Ambulacra, *Cant.7.5. juxta quosdam: Alii aliter: Itē* Canales, *Gen.30.38. Exod.2.16. A Currendo hæc dicuntur, ex significatione* Chald. *Nam* רְהַט Currere.

רוא *m.* Chald. *Aspectus, Forma:* Aff. וְרֵוֵהּ דְּחִיל Et forma ejus terribilis erat, Dan.2.31. & 3.25. Sic in Targum, שַׁפִּיר בְּרֵיוָא Pulcher aspectu, 1.Reg.1. v.6. Est à רָאָה.

ריב Litigavit, Contendit, Causam egit: *Verbum forense. Construitur cum Accusativo & Præposit.* עִם & עַל. Præter. cum Infinit. הֲרוֹב רָב עִם יִשְׂרָאֵל *An contendendo contendit cum Israële? Jud.11.25.* Partic. הִנְנִי רָב אֶת רִיבֵךְ *Ecce ego judicaturus vel acturus sum causam tuam, Jerem.51.36.* Hiph. הֵרִיב Idem: Præter. מַדּוּעַ אֵלָיו רִיבוֹתָ *Quare adversus eum litigas? Job.33.13. per Aphæresin literæ characteristicæ* ה, *cui simile vide in* בון. Sic Imper. רִיבָה רִיבִי *Contende contentionem meam, Age causam meam, Psal.119.154.* רִיבוּ בְאִמְּכֶם *Contendite cum matre vestra, Hos.2.2.*

רִיב *masc.* Contentio, Lis, Causa, Controversia: וַיְהִי רִיב *Et fuit contentio, Genes.13.7.* Absque י, עַל־רִב *Super vel de lite, Exod.32.2.* Aff. יָרִיב אֶת־רִיבָם אִתָּךְ *Aget causam illorum tecum, Proverb.23.11.* Plural. masc. Constr. רִיבֵי נַפְשִׁי *Lites animæ meæ, Thren.3.58.* Fœm. דִּבְרֵי רִיבֹת *Res controversiarum; id est, controversiæ, Deut.17.8.* Absque י, וְרִבוֹת שְׂפָתַי *Et contentiones labiorum meorum Job.13.6.*

יָרִיב *m.* Litigator, Litigans, Contendens: Aff. אֶת־יְרִיבֵךְ *Contendentem tecum, Adversarium tuum, Jesa.49. v.25.*

ש.25. Plural. cum Aff. אֶת יְרִיבַי *Adversarios meos, contendentes mecum*; *Psal.*35.1. *Jer.*18.19.

מְרִיבָה *f.* Contentio; *Gen.*13.8. *Est & Proprium nomen loci à Contentione sic dicti*; *Exod.*17.7.

רוּד Dominatus est: Præter. רָד עִם־אֵל *Dominabatur cum Deo*, *Hos.*11.12. *id est*, *De dominatu contendebat*: רַדְנוּ *Dominati sumus*, *Jer.*2.31. Hiph. *secundum aliam significationem*; Plorare, Plangere: Futurum, אָרִיד בְּשִׂיחִי *Plango in sermone vel meditatione mea*, *Psal.*55.v.3. כַּאֲשֶׁר תָּרִיד *Quum planxeris*; *Genes.*27.40. *id est*, *Quum lamentabilem servitutem aliquandiu sustinueris*. *Quidam*, Quum dominari incipies.

מָרוּד *m.* Planctus, Ploratus: Aff. וּמְרוּדִי *Et ploratus mei*, *Thr.*3.19. Plur. מְרוּדִים *Deplorati*, *Jes.*58.7. Aff. וּמְרוּדֶיהָ *Et ploratuum suorum*; *Thren.*1.7. *Vide* מָרַד.

רוה Inebriari, Ubertim expleri, Irrigare se: Præt. וְרָוְתָה מִדָּמָם *Et inebriatur sanguine istorũ*, *Jer.*46.10. Fut. נִרְוֶה דֹדִים *Inebriemur*; *Ubertim expleamus nos amoribus*, *Prov.*7.18. יִרְוְיֻן מִדֶּשֶׁן בֵּיתֶךָ *Uberrimè explebuntur pinguedine domus tuæ*, *Psal.*36.9. Pih. Præt. וְרִוִּיתִי *Et irrigabo*; *Jes.*34.5. Et intransitivè, רִוְּתָה *Inebriatus est*, *Jes.*34.5.7. Imp. רַוֵּה *Irriga* *Ps.*65.11. Futur. irregulare, אֲרַיָּוֶךְ דִּמְעָתִי *Irrigabo te lachrymâ meâ*, *Jes.*16.9. י *est loco* ו; *&* ו *loco tertiæ radicalis* ה; *Sægol autem pro Tzere propter accentum in penult*. Hiph. Præter. הִרְוָה אֶת־הָאָרֶץ *Inebriat*, *Irrigat terram*; *Jes.*55.10. Partic. מַרְוֶה *Irrigans*, *Ubertim communicans*; *Prov.*11.25.

רָוֶה *m.* Irriguus: כְּגַן רָוֶה *Sicut hortus irriguus*, *Jes.*58.11. Fœmin. רָוָה *Ebria*; *Deut.*29.19.

רְוָיָה *fœm.* Irriguum, Inebrians, Exuberans: וַתּוֹצִיאֵנוּ לָרְוָיָה *Et eduxisti nos in irriguam, scil. terram*; *ut Kimchi in Comm. supplet, & sic quoque Aben Esra notat esse Adjectivum*,

jectivum, Psal.66.12. כּוֹסִי רְוָיָה *Poculum meum exuberans reddis, Psalm.23.5.*

רִי *m.* Irrigatio: אַף־בְּרִי *Etiam pro irrigatione, Job.37.11. id est, Ut terram irriget. Aben Esra dicit, id esse longè petitum. Vide* ברה.

רוח Respiravit, Respiratio fuit, *& sic cum Dativo construitur:* Præter. וְרָוַח לְשָׁאוּל *Et respiratio erat Sauli, 1.Sam.16.23.* Futur. וְיִרְוַח־לִי *Ut respiratio sit mihi, Job.32.20.* Pyh.Partic.Plural. מְרֻוָּחִים *Perspirata, Perflatilia: vel* Spaciosa, *quæ etiam respirationi commoda sunt, Jer.22.14.*

רֶוַח *m.* Respiratio, *Esth.4.14.* Spacium, *Genes.32.16. Et hinc,* מְרְוָח Spaciosum, Latum.

רוּחַ *c. sed fœm. sæpiùs,* Spiritus, Ventus, Flatus: *Inde,* Animus: Plaga mundi, *unde ventus spirat:* וְרוּחַ אֶחָד לַכֹּל *Spiritus unus omnibus istis est, Eccles.3.19.* אִישׁ הָרוּחַ *Vir ventosus, Hos.9.7.* רוּחַ גְּדוֹלָה וְחָזָק *Ventus magnus ac vehemens, 1.Regum 19.11.* וְהָרוּחַ תָּשׁוּב אֶל־הָאֱלֹהִים *Et spiritus revertetur ad Deum, Eccles.12.7.* רוּחָה *In plagam quamque, Jerem.52.23.* Aff. כָּל־רוּחוֹ *Totum spiritum suum, Prov.29.11.* בְּרוּחֲךָ *Spiritu tuo, Eccles.7.10.* Plural. אַרְבַּע רוּחוֹת *Quatuor ventos, Jer.49.36.* לְאַרְבַּע רוּחוֹת *Ad quatuor plagas, Ezech.42.v.20.* Chald. רוּחַ אֱלָהִין קַדִּישִׁין Spiritus Deorum sanctorum, Dan.4.5. Emph. רוּחָא Dan.2.35. Aff. רוּחִי Spiritus meus, Dan.7.15. Plural. אַרְבַּע רוּחֵי שְׁמַיָּא Quatuor venti cælorum, Dan.7.v.2.

רַחַת *f.* Vannus: Pala, *instrumentum quo ventilando frumentum purgatur à paleis, Jesa.30.24.*

רְוָחָה *f.* Respiratio, *Exod.8.15.* Aff. לְרַוְחָתִי *Ad respirationem meam, Thren.3.56.*

רום Altum, Elatum, Excelsum esse, Efferre se, Efferri, Elevari, Exaltari, Extolli, Attollere se. Præterit. וְרָם לְבָבֶךָ *Et efferat se animus tuus*, *Deut.*8.*v.*14. יָדֵנוּ רָמָה *Manus nostra excelsa est*, *Deut.*32.27. Cum Epenthesi Aleph, וְרָאֲמָה *Et exaltata erit*, *Zach.*14.10. Et sic Partic. רָאמוֹת *Excelsæ sunt*, *Prov.*24.7. Infin. לְבִלְתִּי רוּם לְבָבוֹ *Ut non efferat se cor ejus*, *Deut.*17.20. Fut. אָרוּם *Exaltabor*, *Psalm.*46.11. וְיָרֹם *Et extolletur*, *Num.*24.7. Hinc Cholem in Kametzchatuph correpto propter accentum ad penultimam retractum; וַיָּרָם לִבָּם *Et extulit se cor eorum*, *Hos.*13.6. Chald. Præt. וּכְדִי רִם לִבְבֵהּ Quum autem elatus esset animus ejus, Daniel.5.v.20. Pih. רוֹמֵם Exaltare, Efferre, Tollere, Extollere. Præterit. רוֹמַמְתִּי בְתוּלוֹת *Extollo virgines*, *Jesa.* 23.4. Partic. מְרוֹמֵם *Extollit*, 1.*Sam.* 2.7. Chald. Particip. מְשַׁבַּח וּמְרוֹמֵם Laudo & extollo, Dan. 4.34. Pyh. וְרוֹמַם *Et exaltatus fuit*, *Ps.*66.17. *R.Sal.Et elatio*, *Laus elata*, *idem quod* רוממות. Part. וּמְרוֹמַם *Et exaltatũ*, *Neh.*9.5. Fut. תְּרוֹמַמְנָה *Exaltantur*, *Psal.*75.11. Hiph. הֵרִים Elevare, Exaltare, Erigere, Extollere, Offerre, Tollere, Auferre: Præter. הֵרִים יָד בַּמֶּלֶךְ *Sustulit manum contra regem*, 1.*Reg.*11.27. וְהֵרִים אֶת־הַדֶּשֶׁן *Et tollet cinerem*, *Levit.*6.10. הֲרִימוֹתָ קוֹל *Extulisti vocem*, 2.*Regum* 19.22. אֲשֶׁר הֵרִימוּ *Quod obtulerunt*, *Numer.*31.*v.*52. Particip. מֵרִים רֹאשִׁי *Exaltans caput meum*, *Psalm.*3.4. Imper. הָרֵם אֶת־מַטְּךָ *Attolle virgam tuam*, *Exod.*14.16. Chald. Particip. הֲוָה מָרִים Erat extollens, Dan.5.19. *cum Kametz sub characteristica*, *ut Dan.*2.21. Hoph. Præter. הוּרַם הַתָּמִיד *Ablatum est juge sacrificium*, Dan.8.11. *cum* י *redundante*. וַאֲשֶׁר הוּרָם *Et qui elevatur*, *Exod.*29.27. Futur. כַּאֲשֶׁר יוּרָם *Sicut aufertur*, *Levit.*4.10. Hithp. Futur. אֵרוֹמָם *Exaltabor*, *pro* אֶתְ, *Jes.*33.10. וְיִתְרוֹמָם *Et extollet*

*extollet se,Dan.*11.36. Chald.Præter. הִתְרוֹמַמְתָּ Extulisti te, Dan.5.23.

רָם *m.* Elatus, Celsus, Excelsus: עַל־כִּסֵּא רָם *Super solium excelsum, Jesa.*6.1. Plural. עַל־הֶהָרִים הָרָמִים *Super montes excelsos, Deut.*12.2. Constr. וְרָמֵי הַקּוֹמָה *Excelsi statura, Jes.*10.33. Fœm. בְּיָד רָמָה *Manu excelsâ, Exod.*14.*v.*8. Plur. עֵינַיִם רָמוֹת *Oculos elatos, Prov.*6.17.

רוּם *m.* Elatio, רוּם עֵינַיִם *Elatio oculorum, Prov.*21.4. Chald. cum Aff. רוּמֵהּ Altitudo ejus, Esræ 6. v.3. Dan.3.1.

רוֹם *m.* Altitudo, Altum: רוֹם יָדֵיהוּ נָשָׂא *In altum manus suas levavit, Hab.*3.10.

רִים *m.* Exaltatio, *juxta quosdam*: Cum articulo, הָרִים *Psal.*75.7. *Chaldæus & Hebræi, Montium.*

רוֹמָה *f.* Idem: לֹא תֵלְכוּ רוֹמָה *Non ambulabitis (cum) elatione, Mich.*2.3. *id est, elatè: Chaldæus,* בְּקוֹמָה זְקוּפָה *Staturâ erectâ.*

רָמָה Excelsum, Suggestũ, *Locus editior, Ezech.*16.24.31. Est & proprium nomen loci: Plur. cum Aff. רָמֹתַיִךְ *Excelsa tua, v.*39.

רָמוּת *f.* Altitudo: Aff. רָמוּתֶךָ *Altitudine tuâ, Ezech.*32.5. *nempe, Cadaverum tuorum, ut Chaldæus & Kimchi interpretantur.*

רָאמוֹת *f.p.* Sandastri, *juxta quosdam*; *Gemmæ vel margaritæ pretiosæ species*; *Quidam,* Coralia: *Alii aliter: Lapides fuerunt pretiosi, qui nunc ignoti sunt, scribunt* Hebræi, *Job.*28.18. *Ezech.*27.16.

רוֹמֵמָה *f.* Excelsa, Elata, *Psal.*118.16. Plural. רוֹמְמוֹת אֵל *Exaltationes Dei, Psal.*149.6.

רוֹמֵמוּת *f.* Exaltatio: Aff. מֵרוֹמְמֻתֶךָ *Ab exaltatione tua, Jesa.*33.3.

מָרוֹם *masc.* Altum, Altitudo, Celsitudo, Excelsum,

Sublime: יֹשְׁבֵי מָרוֹם *Habitatores excelsi, Jes.26.5.* וַתִּשָּׂא מָרוֹם *Et attollis (in) sublime oculos tuos, Jesa.37.23. pro* לַמָּרוֹם; *& ita sæpè Præpositio* ב *vel* ל *in hoc Nomine deficit:* Constr. מְרוֹם הָרִים *Altitudinem montium, Jes.37:24.* Plural. הוּא מְרוֹמִים יִשְׁכּוֹן *Ipse excelsa inhabitat, Jesa.33. v.16.* בַּמְּרוֹמִים *In excelsis, sc. dignitatibus, In excellentiis, Eccl.10.6.* Constr. מְרוֹמֵי קָרֶת *Excelsa urbis, sc. loca, Prov. 9. v.3.* Aff. עֹשֶׂה שָׁלוֹם בִּמְרוֹמָיו *Faciens pacem in excelsis suis, Job.25.2.*

תְּרוּמָה *fœm.* Oblatio, *quæ sponte dabatur Deo, Sacerdotibus & Levitis, cui in Lege nec mensura, nec æstimatio. Ditiores postea de quadraginta, mediocres de quinquaginta; tenuiores de sexaginta unum dabant, R.Sal. Deut.18.4. De centum communiter duo. Unde* תְּרוּמָה *dictum, quasi* תְּרֵי מִמֵּאָה *Duo de centum. Si quis horreum plenum collegisset manipulis frugum, separabat ex æquo & bono aliquot sacerdoti, & postea totum horreum erat liberum Domino suo. De his multæ extant Hebræorum traditiones: Vide Talmud. lib.* תרומות *c.4.* וְיִקְחוּ לִי תְּרוּמָה *Ut accipiant mihi oblationem, id est, acceptam offerant, Exod.25.2.* Constr. יִתֵּן תְּרוּמַת יְהוָה *Det oblationem Domini, Exod.30.14.* Aff. תִּקְחוּ אֶת־תְּרוּמָתִי *Accipietis oblationem meam, Exod.25.2.* Plural. שְׂדֵי תְרוּמוֹת *Agri oblationum, de quibus scil. oblationes dari solebant; 2.Sam.1.21.* אִישׁ תְּרוּמוֹת *Vir oblationum, Prov.29.4. id est, Avarus, injustas oblationes colligens, vel iniquas exactiones subditis imponens, juxta Ab. Esram:* Aff. מִשְׁמֶרֶת תְּרוּמֹתָי *Observationem oblationum mearum, Num.18.8.*

תְּרוּמִיָּה *f.* Collativa, Oblativum, Separatum, Separata pars, *Ezech.48.12.*

רוע Malum esse vel videri: *Convenit ei* יָרַע. Clangendi, Vociferandi *significatum vide infrà in* ריע:

ריע: Confringendi, Conterendi, *in* רעע: Sociandi, Socii, *in* רעה. *Formæ & significata hîc confunduntur.* Præter. ובעיני משה רע *Et in oculus Mosis malum visum fuit*, *Num.*11.10. Fœmin. ורעה לך זאת *Et malum erit tibi hoc*, 2. *Sam.* 19.7. ורעה עינך *Et malignus sit oculus tuus*, *Deut.*15.9. Infin. רעה *vide in* רעע. Imp. רעו *Ibid.* Fut. ירע *in* ירע: *&* ירוע *in* רעע. Niph. Futur. ורעה כסילים ירוע *Qui consociat se stolidis, pejor efficietur*, *Prov.*13.20. *Vide &* רעע. Pyh. Futurum, ירעע *vide in* ריע. Hiph. הרע Malum facere, Malè agere, Malefacere, Malo aut damno afficere: *Construitur communiter cum Dativo, quandoque cum Accusativo: semel cum* על, *quasi dicas, Inducere malum super aliquem, Obruere aliquem malo.* Præter. הרע לעם הזה *Malefecit populo huic*, *Exod.*5.23. ולא הרעתי את אחד מהם *Neque malo affeci ullum ex eis*, *Numer.*16.15. הרעתם לעשות *Pejus fecistis faciendo, id est, Longè pejus egistis quàm Majores vestri*, *Jerem.*16.12. *In alia significatione vide in* ריע: הרעו *Pejus fecerunt*, *Jer.*7.26. *Vide &* ריע *&c.* Observandum hac significatione non exprimi in medio י: quæ verò illud expressum habent, pertinent ad ריע. Hithp. התרעעה *vide in* רעע. Infinit. איש רעים להתרועע *Viro amicorum colenda est amicitia*, *Prov.*18.24. *vel, Vir amicorum habendus amicè est: Forma hinc est, sed significatio à* רעה: *Alia ex hac conjugatione vide in* ריע.

רע *Vide in* ריע.

רע, רע *masc.* Malus: *Et substantivè*, Malitia, Malum: רע מנעוריו *Malum est à pueritia sua*, *Gen.*8.21. מראיהן רע *Aspectus earum malus est*, *Genes.*41. *v.*21. בין טוב ובין רע *Inter bonum & inter malum*, *Levit.*27.12. סור מרע *Recede à malo*, *Proverb.*3.7. *Per pleonasmum literæ Lamed:* למרע *A' malo*, 2.*Sam.*13.22. Plural. מדוע פניכם רעים

Quare facies vestræ malæ sunt, Gen.40.7. id est, afflictæ, tristes. Fœm. חַיָּה רָעָה *Bestia mala, Gen.37.20.* וְרָעָה *Et malum, malitia, 1.Sam.25.28.* Constr. רַבָּה רָעַת הָאָדָם *Multa malitia hominum, Gen.6.5.* Aff. וְרָעָתוֹ *Et malum ejus festinat valdè, Jer.48.16.* Plur. רָעוֹת רַבּוֹת *Mala plurima, Deut.31.17.* Aff. בְּרָעוֹתֵיהֶם *In malis eorum, Psal.141.5.*

רוֹעַ *masc.* Malitia, Malignitas: רֹעַ לֵב *Malum cordis, Nehem.2.2.* רֹעַ מַעַלְלֵיכֶם *Malignitatem operum vestrorum, Jesa.1.v.16.*

מֵרַע *m.* Malignus, Maleficus, *Prov.17.4.* חָנֵף וּמֵרַע *Hypocrita & maleficus, Jesa.9.17.* Est etiam מ Præpositio, ut antè in רַע: Et substantivè, לְמֵרַע *Ad malum, Dan.11. v.27. id est,* לְהָרַע *Ad malefaciendum.* Plur. זֶרַע מְרֵעִים *Semen maleficorum, Jesa.1.4. Ex forma Participii Hiphil. Vide & infrà in* רעה.

תְּרוּעָה *vide in* רִיעַ.

רוּף Pih. רוֹפֵף Concutere, Quassare. Pyh. Futur. יְרוֹפָפוּ *Concutiant, Job.26.11.*

רִיפוֹת *f. p.* Contusa, *grana commolita, quæ Latini* Molam *dicunt, 2.Sam.17.19.* בְּתוֹךְ הָרִיפוֹת *In medio molarum, Prov.27.22.*

תְּרוּפָה *f.* Sanatio, Curatio, *Ezech.47.12. Formam hinc habet, sed significatione pertinet ad* רָפָא.

רוּץ Currere, Accurrere, Concurrere, Decurrere, Discurrere, Excurrere, Præcurrere. Præter. רָץ *Cucurrit, Gen.18.7.* רַצְתָּ *Cucurristi, Jer.12.5.* Partic. לָמָּה זֶּה אַתָּה רָץ *Quamobrem tu curris, 2.Samuel.18.22.* מִנִּי־רָץ *Præ cursore, Job.9.22. Quæ ex hujus Verbi forma* Confringendi *significationem habent, vide in* רָצַץ. Niph. נָרוֹץ · תֵּרוֹץ *vide in* רָצַץ. Pih. Futurum, יְרֹצֵצוּ *Discurrent, Nah.2.4. vide in* רָצַץ. Hiph. הֵרִיץ Currere, Excurrere fecit, Fugavit: Imperat. וְהָרֵץ *Et currere fac,*

fac, id est, Celeriter deporta, 1.*Sam*.17.17. Futur. אֲרִיצֶנּוּ מֵעָלֶיהָ *Faciam ut transcurrat ab ea, fugabo eum*, *Jer*.49. *v*.19. תָּרִיץ יָדָיו לֵאלֹהִים *Currere faciet manus suas ad Deum*, *Psalm*.68.32. *id est, Manuum suarum donum offeret Deo*: וַתָּרֶץ *vide* רָצַץ: Plural. וַיְרִיצֻהוּ *Et currere fecerunt eum*, *Genes*.41.14. Hithp. וַיִּתְרֹצֲצוּ *vide in* רָצַץ.

רָץ *m*. Currens, Cursor, *ut in principio Radicis*. Plural. רָצִים *Cursores*, 2.*Reg*.11.6. Et in Nun, הָרָצִין *Cursorum*, 1.*Reg*.11.13.

מֵרוֹץ Cursus, *Eccles*.9.11.

מְרוּצָה *f*. Concussio, *Jer*.22.17. *Forma hinc est, sed significatio à* רָצַץ. *Item* Cursus: Constr. אֶת־מְרוּצַת הָרִאשׁוֹן *Cursum prioris*, 2.*Sam*.18.27. Aff. מְרוּצָתָם *Cursus ipsorum*, *Jerem*.23.10.

רוּשׁ Pauperari: Præter. כְּפִירִים רָשׁוּ *Leunculi pauperantur*, *Psal*.34.11. Pih. Futur. יְרֹשֵׁשׁ *Depauperabit*, *Jer*.5.17. Pyh. Præterit. רֻשַּׁשְׁנוּ *Depauperati sumus*, *Mal*.1.4. Hitph. Partic. מִתְרוֹשֵׁשׁ *Qui se pauperem fingit*, *Prov*.13.7.

רָשׁ *masc*. Pauper: אִישׁ רָשׁ וְנִקְלֶה *Vir pauper & vilis*, 1.*Sam*. 18.23. Interdū est cum Epenthesi א, רָאשׁ *Prov*. 10.14. Plur. בְּרָשִׁים יִמְשׁוֹל *In pauperes dominabitur*, *Proverb*.22.7. Cum א, רָאשִׁים *Prov*.13.23. *cujus aliam signif*. *vide in* רֹאשׁ. *In Vajikra rabba, sect*.33. *octo nomina Pauperum enumerantur*: אֶבְיוֹן *Egenus*, דַּךְ *Attritus*, דַּל *Attenuatus*, חֵלֶךְ *Pauper*, מָךְ *Attritus*, מִסְכֵּן *Pauper*, רָשׁ *Pauper*, *quæ vide suis locis*.

רֵישׁ *m*. Paupertas, *Prov*.13.18. vel רִישׁ *Prov*.28.19. vel רֵאשׁ *Proverb*.30. 8. Aff. רִישׁוֹ *Paupertatis suæ*, *Prov*.31.7. רֵאשְׁךָ *Paupertas tua*, *Prov*.6.11. רֵישָׁם *Paupertas eorum*, *Prov*.10.15. *Similem formam vide in* אַיִן.

רוּשׁ *Vide in* רֹאשׁ.

רז masc, Chald. *Secretum, Arcanum*: Emph. רָזָא Dan. 2. 19. Plural. גָּלֵא רָזִין Revelans arcana, Dan. 2. 28. וְגָלֵא רָזַיָּא Et qui revelat secreta, v. 29.

רזה Emaciavit: Præterit. רָזָה *Emaciavit omnes deos terræ, Soph.* 2. 11. Niph. Futur. וּמִשְׁמַן בְּשָׂרוֹ יֵרָזֶה *Et pinguedo carnis ejus emaciabitur, Jesa.* 17. 4.

רָזָה *f.* Macilenta, *Numer.* 13. 21. *In masculino diceretur* רָזֶה, *forma* יָפֶה.

רָזִי *m.* Macies: רָזִי לִי רָזִי לִי *Macies est mihi, macies est mihi, Jesa.* 24. 17. *id est, Mœrore contabesco. Chaldæus* Secretum.

רָזוֹן *m.* Macies, *Jesa.* 10. 6. *Vide &* רזן.

תִּרְזָה *f.* Cupressus. *Vide in lit.* ת.

רזח מַרְזֵחַ *m.* Curator, Designator funebris, *juxta quosdam, Jer.* 16. 5. *qui scilicet informat de omnibus, quæ ad luctum & parentalia pertinent. Chaldæus,* מַרְזֵיחָא: *R. Salomon,* בית משתה Domum convivii, *scil. funebris: Kimchi,* בית אבל Domum lugentis. *Sic prisci Hebræi:* מאן יתיב בי מרזיחא בראש Quis considebit in domo lugentis in capite, *id est, loco primario & summo? sc. epulandi & lugentem consolandi causâ: Item:* מאי מרזיחא אבל *Quid est* marsecha? אָבֵל Abhel, *Lugens, Kethuvoth, fol.* 69. 1.

מִרְזַח *m.* Luxus funebris: Constr. וְסָר מִרְזַח סְרוּחִים *Et recedet luxus luxuriantium, Amos* 6. 7. *R. Salom.* Et recedet vel amovebitur convivatio luxuriosorum: *Probat ex libro antiquo Siphre hanc vocem idem esse quod* Convivium: *Aben Esra,* Canticum. *Quidam* Designatio, *Apparatus scil. omnis convivalis propter mortuos.*

רזם Spectavit, Collimavit: Fut. וּמַה־יִּרְזְמוּן עֵינֶיךָ *Et quid collimant oculi tui, Quid innuunt, quorsum spectant oculi tui, Job.* 15. 12.

רזן רָזוֹן *m.* Rex, Princeps, Dominator, *Prov.*14.28. *Pleriq; Hebræorum* Maciem *exponunt, a* רזה ; *nempe Rex aut princeps sine subditis macie atteritur.*

רֹזְנִים *m.p.* Dominatores, *Jud.*5.3. Chald. שִׁלְטוֹנַיָּא.

רחב Dilatari: Præterit. רָחַב פִּי *Dilatatur os meum*, 1.*Sam.*2.1. וְרָחַב לְבָבֵךְ *Et dilatabitur cor tuum*, *Jes.*60.5. Niph. Part. כַּר נִרְחָב *Pascuum latum*, *Jes.*30. *v.*23. Hiph. Præter. הִרְחִיב יְהוָה לָנוּ *Dilatavit Dominus nobis*, *Genes.*26.22. הִרְחַבְתָּ לִּי *Dilatasti mihi*, *Psalm.*4.2. Et intransitivè, צָרוֹת לְבָבִי הִרְחִיבוּ *Angustiæ cordis mei dilatant se*, *Psalm.*25.*v.*17. הִרְחַבְתְּ מִשְׁכָּבֵךְ *Dilatasti cubile tuum*, *Jesa.*57.8.

רָחָב *m.* Amplus, Latus, *Job.*30.14. Constr. רְחַב־נֶפֶשׁ *Latus animo*, *Prov.*28.25. ורחב לבב *Et latus corde, Tumens animo*, *Psal.*101.5. Plural. Constr. רַחֲבֵי יָדַיִם *Ampli, lati spaciis*, *Jes.*33.21. Fœm. רְחָבָה *Latum*, *Psal.*119.96. Constr. רַחֲבַת יָדַיִם *Ampla spaciis*, *Jesa.*22.8.

רֹחַב *m.* Latitudo, *Exod.*26.16. Aff. רָחְבּוֹ *Latitudo ejus*, *Exod.*25.10.

רַחַב *f.* Idem, *Job.*36.16.

רָחָב *m.* Amplitudo: Constr. וּרְחַב־לֵב *Et amplitudo animi*, *Proverb.*21.4. Plural. Construct. עַד־רַחֲבֵי־אָרֶץ *Usq; ad latitudines terræ*, *Job.*38.18.

רְחוֹב *c.* Platea, *lata propriè*, *Esth.*4.6. Aff. מֵרְחֹבָהּ *A platea ejus*, *Psal.*55.11. Plur. רְחֹבוֹת *Plateæ*, *Amos* 5.*v.*16. Aff. בִּרְחוֹבֹתֵינוּ *In plateis nostris*, *Thren.*4.18.

רְחָבָה *f.* Latitudo, *Psalm.*119.45.

מֶרְחָב *masc.* Latitudo, *Locus latus, amplus & spaciosus*: בַּמֶּרְחָב *In loco amplo*, *Psal.*31.9. Plur. Constr. לְמֶרְחֲבֵי אֶרֶץ *Per latitudines terræ*, *Hab.*1.6.

רחל *f.* Ovis, *fœmina propriè*, *Jes.*53.7. Plur. רְחֵלִים *Gen.*32.14. Aff. רְחֵלֶיךָ *Oves tuæ*, *Gen.*31.38.

רחם Dilexit, *propriè ex intimis visceribus*, *quasi deductum à Nomine* רֶחֶם Uterus, *qui tenerrimo affectu fœtum complectitur*. Futur. אֶרְחָמְךָ *Ex intimis visceribus diligam te*, *Psalm.*18.2. Pih. רִחֵם Misereri: *Construitur cum Accus. & Præposit.* עַל. Præt. cum Infinitiv. כְּרַחֵם אָב עַל־בָּנִים *Sicut miseretur pater super filios*, רִחַם יְהוָה עַל־יְרֵאָיו *Miseretur Dominus timentium ipsum*, *Psalm.*103.13. וְרִחַמְתִּי אֶת־אֲשֶׁר אֲרַחֵם *Et miserebor cujus misertus fuero*, *Exod.*33.19. Pyh. Præterit. לֹא רֻחָמָה *Non est misericordiam consecuta*, *Hos.*1.6. *sed usurpatur ut Proprium nomen*. Futur. בְּךָ יְרֻחַם *In te misericordiam consequetur*, *Hos.*14.4. יְרֻחָם *Misericordiâ afficietur*, *Prov.*28.13.

רחום *m.* Misericors, *Exod.*34.6. *Est forma* תַּנּוּר.

רַחַם *m.* Misericordia, Miseratio, *Nomen formæ* מַקֵּל. *aut est Infinitum ipsum Pihel*, *Hab.*3.2. Plural. רַחֲמִים Miserationes, Misericordiæ, Viscera, *pro ipso affectu Misericordiæ*: וְנָתַן לְךָ רַחֲמִים *Et ut largiatur tibi misericordiam*, *Deuter.*13.17. אֶת־הַחֶסֶד וְאֶת־הָרַחֲמִים *Benignitatem & miserationes*, *Jer.*16.5. Constr. רַחֲמֵי רְשָׁעִים *Miserationes improborum*, *Proverb.*12.10. Aff. כִּי־נִכְמְרוּ רַחֲמָיו *Nam incalescebant vel æstuabant viscera ejus, affectu scilicet misericordiæ*, *Gen.*43.30. *Sic* 1.*Reg.*3.26. כְּרֹב רַחֲמֶיךָ *Secundum multitudinem miserationum tuarum*, *Psalm.*51.3. Chald. וְרַחֲמִין לְמִבְעֵא Et misericordiam petendam esse, Dan.2.v.18.

רֶחֶם *m.* Vulva, Uterus: רֶחֶם מַשְׁכִּיל *Vulvam abortientem*, *Hos.*9.14. מֵרֶחֶם מִשְׁחָר *Ab utero auroræ*, *Psal.*110.3. *id est*, *A tempore ascensus auroræ*, *Ab. Esra.*

רַחַם *m.* Idem: בִּרְכֹת שָׁדַיִם וָרָחַם *Benedictionibus uberum & ute-*

& uteri, *Genes*.49.25. Aff. וַיִּפְתַּח אֶת־רַחְמָהּ *Et aperuit vulvam ejus*, *Gen*.29.31.

רַחַם *f*. Puella, *Jud*.5.40. Dual. רַחֲמָתַיִם *Puellæ duæ*, *Ibid*. *cujus singulare esset* רַחֲמָה.

רָחָם *m*. Merops, *Levit*.11.18. *avis ab Amore & Misericordia erga parentes sic dicta*, *quòd eos in altißimis specubus reconditos alat*, *ut Plinius scribit lib*.10. *cap*.33. Cum ה paragogico, רָחָמָה, *Deuter*.14.17. *Talmudici* Picam *explicant*, *Cod. Cholin cap*. 3.*pag*.63. *& sic quoque Judæi Germani*.

רַחֲמָנִיּוֹת *f. p.* Misericordes, *Thren*.4.10. *Masculinè*, רַחֲמָן Misericors, *apud Rabbinos*.

רחף Commoveri, Commovere se: *Hebræi notant*, *Verbum proprium esse avium alas motitantium*, *dum vel pullos ad volatum provocant*, *ut Ciconiæ & Aquilæ*, *vel se in aëre suspendunt prædæ inhiantes*, *& inde*, Incubare: Præterit. רָחֲפוּ כָּל־עַצְמוֹתַי *Commovent se*, *Tremunt omnia ossa mea*, *Jerem*. 33. *v*.9. Pih. Partic. fœmin. וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת *Et spiritus Dei incubabat superficiei aquarum*, *Gen*.1.2. *scil*. כיונה מרחפת על בניה ואינה נוגעת *Quemadmodum columba incumbit pullis suis*, *neque eos attingit aut lædit alis suis*, *ut explicatur* Cod.*Talm*.*Chagiga*, *cap*.2.*fol*.15. Fut. עַל־גּוֹזָלָיו יְרַחֵף *Pullis suis incubat*, *Deut*.32.11.

רחץ Lavit, Lavit se: Præter. רָחַץ בְּשָׂרוֹ *Laverit carnem suam*, *Levit*.22.6. וְרָחַץ בַּמַּיִם *Et lavabit se*, *vel*, *Lavabitur aquâ*, *Levit*.14.*v*.8. רָחַצְתִּי אֶת־רַגְלַי *Lavi pedes meos*, *Cantic*.5.3. Pyh.Præter. מִצֹּאָתוֹ לֹא רֻחָץ *A sorde suâ non est lota*, *abluta*, *Proverb*. 30. 12. לֹא רֻחַצְתְּ *Non es lota*, *Ezech*.16.4. Hithp. אִם־הִתְרָחַצְתִּי *Si lavero me*, *Job*.9.30.

רַחַץ *m.* Lotio: Aff. סִיר רַחְצִי *Olla lotionis meæ, Psal.60. vers.* 10.

רַחְצָה *f.* Lavacrum, Ablutio: שֶׁעָלוּ מִן הָרַחְצָה *Quæ ascenderunt de lavacro, Cantic.*4.2.

רחץ Chald. *Confisus est*: Ithpeh. Præterit. הִתְרְחִצוּ Confisi sunt, Dan.3.v.28. ה *usurpatum ex Hebraismo, quod Danieli familiare.*

רָחַק Procul, Longè, Longinquum esse, abesse, existere vel distare, Longè vel In longinquum abire, abscedere, recedere vel proficisci. *Frequenter cum Præpositione* מִן *construitur.* Præteritum, רָחַק מִשְׁפָּט מִמֶּנּוּ *Procul recessit jus à nobis, Jesa.* 59. *v.* 9. Infinit. כִּרְחֹק *Quàm longè distat, Psalm.*103.12. Futur. יִרְחַק מֵהֶם *Procul erit ab eis, Proverb.*22.5. Niph. Futur. יֵרָחֵק *Procul amoveatur, Eccles.*12.6. *Vid.* רתק. Pih. Præterit. וְלִבּוֹ רִחַק *Et cor suum procul amovet à me, Jesa.* 29. 13. יְרַחֲקוּ אֶת־זְנוּתָם *Longè amovebunt scortationem suam, Ezech.*43. 9. Hiph. אַחַי מֵעָלַי הִרְחִיק *Fratres meos procul à me abegit, Job.*19.13. Infin. הַרְחֵק מְאֹד *Procul abscedendo valdè, Jos.*3.16. Fut. אַרְחִיק נְדֹד *Elongarem vagari, Psal.*55.8. *id est, Quàm longissimè evagarer & fugerem.*

רָחוֹק *m.* Longinquus, Longinquum: *Et adverbialiter*, Longè, Procul: רָחוֹק יְהוָה מֵרְשָׁעִים *Longinquus est Dominus ab improbis, Prov.*15.29. Plur. רחֹקִים *Longinqui, Jesa.*33.13. Fœm. מֵאֶרֶץ רְחוֹקָה *Ex terra longinqua, Deut.*29.22. Plur. רְחֹקֹת מִמְּךָ מְאֹד *Longinquis à te valdè, Deut.*20.15. Chald. רַחִיקִין הֲווֹ מִן־תַּמָּה Procul remoti estote inde, Esr.6.6.

רְחֵקִים *m. p.* Longinqui: רְחֵקֶיךָ *Longinqui tui, vel, à te, Psalm.*73.27.

מֶרְחָק *m.* Longinquitas, Remotio: בֵּית הַמֶּרְחָק *In domo*

domo remotionis, 2.*Sam*.15.17. *id est, In loco quodam remoto*: מֵאֶרֶץ הַמֶּרְחָק *E terra longinquitatis, id est, longinqua*, *Jer*.4.16. מִמֶּרְחָק תָּבוֹא *E longinquitate, loco longinquo veniet*, *Jes*.10.3. Plur. מֵאֶרֶץ מַרְחַקִּים *E terra longinquitatũ, id est, remotissimâ*, *Jer*.8.19. Constr. מֶרְחַקֵּי־אָרֶץ *Longinquitates terræ*, *Jesa*.8.9.

רחש Ebullivit, Excogitavit: Præterit. רָחַשׁ לִבִּי דָּבָר טוֹב *Ebullit cor meum rem bonam*; *Ps*.45.2.

מַרְחֶשֶׁת *f*. Ahenum, Cacabus, *Vas in quo aliquid Ebullitur*, *Levit*.2.7. & 7.9.

* רַחַת *Vide suprà in* רוח.

רטב Madere, Humidum esse. Futur. מִזֶּרֶם הָרִים יִרְטָבוּ *Ab inundatione montium madent*; *Job*.24.*v*.8.

רָטֹב *m*. Succosus, Humidus; *Job*.8.16.

* רָטָה *Unde possit esse* יִרְטֵנִי, *quod vide in* ירט.

רטט רֶטֶט *m*. Tremor, Horror: וְרֶטֶט הֶחֱזִיקָה *Et tremorem membrorum comprehendit*, *Jer*. 49. *v*.24. *Verbum* רטט Tremere, *in Targum*.

רטפש Pyh. Recreatus fuit: Præt. רֻטְפַשׁ בְּשָׂרוֹ *Recreatur caro ejus*, *Job*.33.25. *Jonathan Chaldæus*, אתקליש *Attenuatur*, *& sic Kimchi & Ab. Esra*. *R.Levi*, Humidior, Recentior est. *R.Salomon notat, esse compositum ex* רָטֹב; *de quo paulò antè*; & פָּשׁ Crescens, Augescens.

רטש Pih. Allisit, Collisit. Futur. וְעוֹלְלֵיהֶם תְּרַטֵּשׁ *Et parvulos illorum allides*, 2.*Reg*.8.12. תְּרַטַּשְׁנָה *Allident*, *Jes*.13.18. Pyh. Præt. אֵם עַל־בָּנִים רֻטָּשָׁה *Mater cum filiis collidetur*, *Hos*.10.14. Futur. עוֹלְלֵיהֶם יְרֻטָּשׁוּ *Parvuli eorum allidentur*, *Hos*.14.1.

ריח Hiph. הֵרִיחַ Odoratus est, Olfecit: Sensit: *Construitur cum Accusativ. & Præposit*. ב. Infinit.

nic. לְהָרִיחַ בָּהּ *Ad odorandum in ea*, *Exod.*30.38. Affix. וַהֲרִיחוֹ *Et odorari ejus*, *Jes.*11.3. Futur. אָרִיחַ בְּרֵיחַ *Odorabor odorem*, *Levit.*26.31.

רֵיחַ *m.* Odor, Odoratus: וְרֵיחַ שַׂלְמֹתַיִךְ *Et odor vestimentorum tuorum*, כְּרֵיחַ לְבָנוֹן *Sicut odor Libani*, *Cant.*4. *v.*11. Chald. וְרֵיחַ נוּר Et odor ignis, Dan.3.27.

רֵחַיִם *m. d.* Molæ, *ab Odore farinæ perpetuo*: *Dualis forma duas molæ partes indicat, quarum superior dicitur* Catillus; *inferior*, Meta: וְטָחֲנוּ בָרֵחַיִם *Et molebant molis*, *Numer.*11.8. אֲשֶׁר אַחַר הָרֵחָיִם *Qui est post molas*, *Exod.* 11. 5. *nempe ad eas trudendas, manibus & corpore toto, labore durissimo, ad quem servi & captivi adhibebantur, ut Judic.*16. *Kimchi notat.* Per synecdochen pro inferiore parte tantùm; רֵחַיִם וָרָכֶב *Metam & catillum*, *Deut.*24.6.

ריע

Hiph. הֵרִיעַ Clangere, *fracto sono propriè*, (*nam aliter etiam clangebant sono fixo & æquali*, *Numer.*10.*v.*7.) *unde deinceps generaliùs sumitur pro* Vociferari. Præterit. וַהֲרֵעֹתֶם *Et fracto sono clangetis*, *Numer.*10.9. וַהֲרִיעֹתֶם *Et vociferabimini*, *Jos.*6.10. הֵרִיעוּ *Vociferabantur*, *Judic.*15.4. *Esr.*3.11. וְהֵרֵעוּ *Ut vociferarentur*, 1.*Sam.*17.20. Particip. מְרִיעִים *Vociferantes*, *Esr.*3.13. Imp. הָרִיעוּ *Clangite*, *Psalm.*47.2. Futur. יָרִיעוּ *Vociferati fuerint*, *Jos.*6.5. וַיָּרֵעַ *Et vociferatus est*, *v.*20. Pyh.Futur. יְרֹעַע *Vociferatio agitabitur*, *Jes.*16.10. Hithp. Imperat. הִתְרֹעֲעִי *Clangentem age*, *Psalm.*60.9. Futurùm, אֶתְרֹעָע *Clangentem agam*, *Psalm.* 108. *v.* 10. יִתְרֹעֲעוּ *Clangunt*, *Psalm.*65.14. *Vide ampliùs in* נָעַר & רָעַע.

רֵעַ *m.* Vociferatio, *Mich.*4.9. Aff. בְּרֵעֹה *In vociferatione sua*, *Exod.*32.17. *cum* ה *loco* ו: *Aliam significationem vide in* רָעָה.

תרועה

תְּרוּעָה *f.* Clangor, *fractus sonus*, *Num*.10.5. Vociferatio; 1.*Sam*.4.5.

ריק Hiph. הֵרִיק Evacuavit, Exhausit; Effudit, Deplevit, Protulit; Exseruit, Evaginavit, Evaginare fecit; *cùm ad gladium refertur*: Præterit. וַהֲרִיקֹתִי לָכֶם בְּרָכָה *Proferam vobis benedictionem*, *Malach*.3.10. וְהֵרִיקוּ חַרְבֹתָם *Exserent gladios suos*, *Ezech*.28. *v*.7. Particip. מְרִיקִים שַׂקֵּיהֶם *Evacuabant saccos suos*, *Gen*.42.35. Imperat. הָרֵק חֲנִית *Exsere hastam*, *Psal*.35.3. Futur. אֲרִיקֵם *Evacuabo eos*, *Psalm*.18.43. *Vide in* רקק *latiùs*. וַיָּרֶק אֶת־חֲנִיכָיו *Fecit ut evaginarent vernæ sui gladios*, *Gen*.14.14. *id est*, *Armavit*, *armatos reddidit*, *ad evaginationem exercuit*. Hoph. Præterit. וְלֹא הוּרַק *Neque evacuatus est*; *Jer*.48.11. Futur. תּוּרַק שְׁמֶךָ *Diffunditur nomen tuum*; *Cantic*.1.3.

רֵק *m*. Vacuus; Inanis: *Metaphoricè*, Vanus: וְהַבּוֹר רֵק *Et cisterna erat vacua*, *Genes*.37.24. Plural. כֵּלִים רֵקִים *Vasa vacua*, 2.*Reg*.4.3. אֲנָשִׁים רֵקִים *Viri vani*, 2.*Par*.13.7. אַחַד הָרֵקִים *Quispiam vanissimorum hominum*; 2.*Sam*.6. *v*.20. Fœm. וְרֵקָה נַפְשׁוֹ *Vacua est anima ejus*; *Jesa*.29.8. Plur. הַשִּׁבֳּלִים הָרֵקוֹת *Spicæ illæ vacuæ*, *Gen*.41.27. Hinc vox convitii Syra, רֵקָא *Matth*.5.22. ῥακά, *Vanus*, *cerebro vacuus*, *mente & judicio carens*; *Vanus*, *Levis & temerarius*. *Talmudicis familiare* רֵיקָא, *& quandoque* רֵיקָה *semper cum* י, *quo Tzere indicatur & Chirek*.

רִיק *m*. Inanitas, Inane, *Psalm*.4. *v*.3. *Et adverbialiter*, Inaniter, Frustrà, *Psal*.73.3. *Jesa*.49.4.

רֵיקָם Immeritò, Inaniter: *Quandoque transit in naturam Nominis*, Vacuus, *singulariter & pluraliter*; *utriusque generis*: רֵיקָם *Vacuum vel vacuè dimisisses me*, *Gen*.31.42. לֹא תֵלְכוּ רֵיקָם *Non abibitis vacui*, *Exod*.3.21.

ריר Salivavit: Fluxit. Præter. רָר בְּשָׂרוֹ *Si salivaverit caro ejus, Levit.*15.3.

ריר *m.* Saliva: *Metaphoricè,* Albumen ovi: בְּרִיר חַלָּמוּת *In albumine vitelli, Job.*6.6. Aff. וַיּוֹרֶד רִירוֹ *Et demisit salivam suam, 1.Sam.*21.13.

רכב Equitavit, Insedit equo, Vectus fuit *curru, vel equo vel asino: Construitur cum Præposit.* על *&* ב. Præt. אֲשֶׁר רָכַב עָלָיו *Cui insidebat, Esth.*6.8. Partic. רֹכֵב עַל־הַפֶּרֶד *Insidebat mulo, 2.Sam.*18.9. Hiph. הִרְכִּיב Vehere vel vehi fecit; Vexit, Vehendum imposuit; Præter. הִרְכַּבְתָּ אֱנוֹשׁ לְרֹאשֵׁנוּ *Equitare fecisti hominem super caput nostrum; Psalm.*66.12. Imper. cum Futur. הַרְכֵּב יָדְךָ עַל־הַקֶּשֶׁת *Equitare fac manum tuam super arcum, id est, impone vel appone manum tuam ad arcum,* וַיַּרְכֵּב יָדוֹ *Et apposuit manum suam, 2.Reg.*13.16.

רֶכֶב *m.* Currus; *collectivè; Item* Catillus, *molæ pars superior, Deut.*24.6. *sic dicta, quòd Vehitur super inferiorem, quæ Rabbinis dicitur* שֶׁכֶב, *quia Cubat infra superiorem, & Latinis vocatur* Meta; *Hebraicè* רֵחַיִם, *ut suprà in* ריח *dictum:* רֶכֶב בָּחוּר *Currus electos, Exod.*14.7. אֶל־חֵיק הָרָכֶב *In sinum currus, 1.Reg.*22.35. Aff. וַיֶּאְסֹר אֶת־רִכְבּוֹ *Et ligavit, junxit currum suum, Exod.*14.6. Plur. Construct. בְּרִכְבֵי *In curribus Pharaonis, Cant.*1.9. Fœm. רִכְבָּה *Currus, Ezech.*27.20.

רַכָּב *m.* Eques; Auriga, 2.*Reg.*9.17. Aff. לְרַכָּבוֹ *Auriga suo, 1.Reg.*22.34.

רכוב *m.* Vehiculum: הַשָּׂם עָבִים רְכוּבוֹ *Qui disponit nubes vehiculum suum, Psal.*104.3.

מֶרְכָּב *m.* Sedile, Ephippium, Stratum equi, Equitatus, *Levit.*15.9. Aff. מֶרְכָּבוֹ *Stragula ejus; Cant.*3.10. לְמֶרְכַּבְתּוֹ *Pro equitatu suo, 1.Reg.*4.26.

מֶרְכָּבָה *f.* Currus: 2.*Sam.*15.1. Construct. בְּמִרְכֶּבֶת

הַמִּשְׁנֶה *In curru secundani, Genes.* 41. 41. *cum Chirek sub* מ: Aff. וַיֶּאְסֹר יוֹסֵף מֶרְכַּבְתּוֹ *Et ligavit, hoc est, junxit Joseph currum suum, Genes.* 46.29. Plural. מַרְכָּבוֹת *Currus, Zachar.* 6.1. Constructum. מַרְכְּבוֹת *Currus Pharaonis, Exod.* 15. 4. Aff. *Cur tardaverunt incessus* מַרְכְּבוֹתָיו *currium ejus, Judic.* 5.28. *quæ sunt cum Pathach sub* מ *ab initio.*

אַרְכֻּבָּה *m.* Chald. *Poples, à* Vehendo: Synechdochicè *Genu.* Aff. וְאַרְכֻּבָּתֵהּ Et genua ejus, Dan.5.6. Hebraicè inversis literis dicitur בֶּרֶךְ.

רכך Molliri, Mollescere, Molle esse: Præterit. רַךְ־לְבָבְךָ *Mollitus est animus tuus*, 2.*Reg.*22.19. רַכּוּ דְבָרָיו מִשֶּׁמֶן *Molliora sunt verba ejus oleo, Psal.*55.22. Niph. Futur. אַל־יֵרַךְ *Ne mollescat, Deuter.*20.3. Puh. Præter. רֻכְּכָה בַּשָּׁמֶן *Emollita est oleo, Jesa.*1.6. Hiph. Præter. הֵרַךְ לִבִּי *Emollit cor meum, Job.*23.16.

רַךְ *m.* Mollis, Tener: בֶּן־בָּקָר רַךְ וָטוֹב *Filium bovis, id est, Vitulum tenerum & bonum, Genes.*18.7. וְרַךְ הַלֵּבָב *Et mollis corde, Deut.*20.8. Plural. הַיְלָדִים רַכִּים *Pueri isti teneri sunt, Gen.*33.13. Fœmin. לָשׁוֹן רַכָּה *Lingua mollis, Prov.*25.15. Plural. רַכּוֹת *Mollia, Job.*40.22.

רֹךְ *m.* Mollities, *Deut.*28.56.

מֹרֶךְ *m.* Idem, *Levit.*26.36.

רכל רֹכֵל *m.* Negotiator, Mercator: Aromatarius: מִכֹּל אַבְקַת רוֹכֵל *Omni pulvere aromatarii, Cant.*3.6. Plural. בְּעִיר רֹכְלִים *In urbe negotiatorum, Ezech.*17.4. Constr. רֹכְלֵי *Negotiatores Seba, Ezech.*27.22. Aff. רֹכְלַיִךְ *Mercatores tui, v.*17. Fœm. רֹכֶלֶת הָעַמִּים *Mercatrix populorum, Ezech.*27.3. Aff. רֹכַלְתֵּךְ *Negotiatrix tua, v.*20.

רָכִיל *m.* Detractor, *quasi famæ ac honoris proximi Nundinator*: לֹא תֵלֵךְ רָכִיל *Non ambulabis (ut) detractor, Le-*

Vit.19.16. Ab.Esra, רכל Mercator emit ab uno, & vendit alteri: רָכִיל Detractor revelat huic id, quod audivit ab illo: אַנְשֵׁי רָכִיל Viri detractionis, Ezech.22.9.

רְכֻלָּה f. Mercatura: Aff. בְּרֹב רְכֻלָּתְךָ In multitudine mercaturæ tuæ, Ezech.28.16.

מַרְכֹּלֶת f. Mercatus: Aff. בְּמַרְכֻלְתֵּךְ In mercatu tuo, Ezech.27.24.

רכס Ligavit, Alligavit: Futur. וְיִרְכְּסוּ Et alliganto, Exod.28.28. & 39.21. Quidam, Attollunto.

רְכָסִים masc. p. Perversitates, Salebrosa, Salebræ: וְהָרְכָסִים לְבִקְעָה Et salebras in convallem, Jes.40.4. Plur. Constr. alterius formæ, מֵרֻכְסֵי אִישׁ A perversitatibus viri, Psal.31.21. Sing. רכס vel רֶכֶס.

רכש Acquisivit, Comparavit, substantiam scilicet & opes. Præter. כָּל־רְכֻשׁוֹ אֲשֶׁר רָכָשׁ Omnem substantiam ejus quam substantiavit, id est, acquisivit & comparavit sibi, Genes.31.18. אֲשֶׁר רָכָשׁוּ Quam acquisiverant, Genes.12.5.

רְכוּשׁ m. Substantia, Facultates, Omne acquisitum hominis, Gen.14.11. Aff. רְכוּשָׁם רָב Substantia eorum multa, Genes.13.6.

רֶכֶשׁ m. Equus vel Mulus levis & celer, tam ad equitatum, ut hodie sunt Postæ, quam Vecturæ celeriori, ut Camieratorum curruum, Mich.1.13. 1.Reg.4.28.

רמה Jecit, Dejecit, Projecit, Jaculatus est: Præter. רָמָה בַיָּם Dejecit in mare, Exod.15.21. Partic. Constr. וְרֹמֵה קֶשֶׁת Et jaculantis arcu, Jer.4.29. Plur. רוֹמֵי קֶשֶׁת Jaculantes arcu, Psal.78.9. Chald. Præt. וּרְמוֹ לְגֻבָּא Et projecerunt in foveam, Dan.6.16. רְמֵינָא לְגוֹא נוּרָא Projecimus in medium ignis, Dan.3.24. וּרְמִיו Et projecerunt, v.21. Infin. לְמִרְמֵא Ad projiciendum, v.20. Pih. רִמָּה Decipere, Defraudare, Fallere: Præt.

Præt. רִמָּה אֶת־רֵעֵהוּ *Decipit proximum suum, Prov.*26.19. רִמִּיתֶם אֹתָנוּ *Decepistis nos, Jos.*9.22. Infin. וְאִם־לְרַמּוֹתַנִי *Et si ad decipiendum me,* 1.*Par.*12.17. Chald. ex Ithpehal, Futur. יִתְרְמֵא לְגוֹא אַתּוּן Projicietur in medium fornacis, Dan.3.6. תִּתְרְמוֹן Projiciemini, v.15.

רְמִיָּה *f.* Falsitas, Fallacia, Dolus, Dolosus: כְּקֶשֶׁת רְמִיָּה *Sicut arcus doli, id est, dolosus, Hos.*7.16. לָשׁוֹן רְמִיָּה *Lingua dolosa, Psal.*120.3. כַּף־רְמִיָּה *Manus fraudulenta, Proverb.* 10.4. לֹא יַחֲרֹךְ רְמִיָּה *Non aduret (vir) doli venationem suam, Prov.*12.27. *id est,* Ignavus. *Sic v.*24. *ejusdem capitis, & in loco præcedenti, & cap.*19.15. *Nam quod labore & industriâ acquirere refugit, id fraude comparare tentat, & sæpè se & alios decipit.*

מִרְמָה *f.* Idem: אִישׁ דָּמִים וּמִרְמָה *Vir sanguinum & fraudis, id est, Sanguinolentus & Fraudulentus, Psalm.*5.7. Plural. דִּבְרֵי מִרְמוֹת *Verba fraudum, id est, fraudulenta, Psalm.*35.20.

תָּרְמָה *f.* Dolus: בְּתָרְמָה *Per dolum,* Dolosè, *Jud.*9.31. Chald. בְּרַז Secretò, Clàm: *& R. Salomon notat esse Proprium nomen Loci, qui v.*41. *dicitur* Aruma.

תַּרְמִית *f.* Dolus, לְשׁוֹן תַּרְמִית *Lingua doli, dolosa, Soph.*3. 13. וְתַרְמוּת *Et dolus, Jer.*14.14. *scribitur cum* ו, *sed legendum juxta Masorethas per* י.

רֹמַח *m.* Spiculum; Lancea: וַיִּקַּח רֹמַח *Et accepit lanceam, Num.*25.7. Plurale, מִרְקוּ הָרְמָחִים *Tergite spicula, Jerem.*46.4. Aff. רָמְחֵיהֶם *Lanceis suis, Nehem.*4.13.

רַמָּךְ *m.* Equa: Plural. בְּנֵי הָרַמָּכִים *Natos equarum, Esth.* 8.10. *Aben Esra scribit, sic etiam Arabicè vocari Equas.*

רמם Attolli, Elevari: Præterit. *ex forma Cholem,* רֹמּוּ מְעַט *Attollunt se aliquantulum, Job.*24.24.

Ex alia significatione, Verminosum fieri, *q.d. Vermificare.* Futur. וַיָּרֻם תּוֹלָעִים *Et vermificavit vermes, id est, produxit vermes, Exod.*16.20. Niph. Imperat. הֵרֹמּוּ *Tollite vos, Recedite, Numer.*16.24. Futur. יֵרֹמּוּ *Extulerunt se, Ezech.*10.17.

רִמָּה *f.* Vermis, *Exod.*16.24.

רמן רִמּוֹן *m.* Malum punicum; Malogranatum, *Joel.*1.2. Aff. מֵעֲסִיס רִמֹּנִי *De succo malogranati mei, Cant.*8.2; *Vel est Plurale, per defectum literæ* ם, *quod & in aliis quandoq; fit, ut Kimchi notat:* Plur. כָּל־הָרִמֹּנִים *Omnia mala punica, Jer.*52.23. Construct. רִמֹּנֵי תְכֵלֶת *Malogranata hyacinthina, Exod.*28.33.

רמס Calcavit, Conculcavit, Proculcavit: Præter. וְרָמַס *Et calcat, Mich.*5.8. Parcicip. תַּמּוּ רֹמֵס *Consumpti sunt calcans, id est, calcatores singuli, Jes.*16.4. Imperativ. רִמְסִי בַחֹמֶר *Calca lutum, Nah.*3.14. Niph. Futurum; בְּרַגְלַיִם תֵּרָמַסְנָה *Pedibus conculcabuntur, Jesa.*28.3.

מִרְמָס *m.* Conculcatio, *Dan.*8.13. Constr. מִרְמַס רַגְלֵיכֶם *Conculcationem pedum vestrorum, Ezech.*34.19. *Eadem formâ etiam absolutum est, Jesa.*10.6. & 7.25.

רמש Repsit, Reptavit: Particip. אֲשֶׁר־רֹמֵשׂ *Quod reptat, Genes.*7.8. Fœmin. הָרֹמֶשֶׂת *Quod reptat, Genes.*1.21. Futur. אֲשֶׁר תִּרְמֹשׂ *Quod reptat super terram, Genes.*9.2.

רֶמֶשׂ *m.* Reptile, Reptilia, *Genes.*24.25.

רנה Sonuit: Futur. עָלָיו תִּרְנֶה אַשְׁפָּה *Contra ipsum sonabit pharetra, Job.*39.26.

רנן Cecinit, Cantavit, Cantillavit: Exclamavit, Acclamavit: Infinitiv. בְּרָן־יַחַד *Quum canerent simul, Job.*38.7. Imper. רָנּוּ שָׁמַיִם *Cantate cæli, Jes.*44.23. Imperat. רֹנִּי בַלַּיְלָה *Exclama, Vociferare de nocte,*

